18 MA

CALLIMACHI

ELEGIARUM FRAGMENTA,

CUM ELEGIA

CATULLI

CALLIMACHEA,

COLLECTA ATQUE ILLUSTRATA A

LUDOVICO-CASPARO VALCKENAER.

EDIDIT, PRÆFATIONE ATQUE INDICIBUS INSTRUXIT

IOANNES LUZAC.

LUGDUNI-BATAVORUM

IN OFFICINA LUCHTMANNIANA.

MDCCIC.

BAVIO VOORDAE,

VIRO CLARISSIMO ET ANTECESSORI,

S. P.

JOANNES LUZAC.

Quid demum caussæ sit, cur ego VALCKENAERIANUM hunc Libellum, tanquam infantem posthumum, ad Te potissimum, Tutorem legitimum, deferam, nemo sane mirabitur, qui & VALCKENAERIUM & Te & me noverit, BAVI VOORDA, Vir Clarissime! Etenim, si in constituendis Tutoribus Curatoribusve voluntas Patris, quam quisque præsumat, maxime spectanda sit, cui filiolum, qui post paterna fata in lucem editus est, suscipiendum curandumque potius commisisset VALCKENAERIUS quam Tibi, quem inter familiares, longo usu & concussâ nunquam fide cognitos, habuit primarium;

quem Juri Romano atque Patrio ita intentum noverat, ut ſeveriora hæc ſtudia mitioribus Muſis non identidem temperares, ſed cum iis perpetuo conjungeres; quin & primam ætatem germano Latinæ Poëſeos ſenſu ita imbuiſſes, ut juvenilis facultatis tuæ exſtent monumenta, neque nunc etiam, ætate provectior, diem abire Tibi facile patiaris, cujus quantulacunque pars ſeu Virgilio ſeu Horatio, ſeu alii, ſummis hiſce Poëtis proximo, veteri vel recentiori Vati, non ſit dicata? Cognoverat Te VALCKENAERIUS talem Juriſconſultum, qui, quamvis ſeverâ lege Themin excolendam, neque flores tantum ſectandos cenſeres, ubi fructus ſunt legendi, judicares tamen (ut ante hos viginti tres annos ipſe ſcribebas in Epiſtolâ illâ ad JOANNEM MEERMANNUM, quâ *Jani à Coſta Prælectiones*, tuâ curâ in lucem editas, munus ei reddebas paternum, quæque vel ſola Juriſconſultum literatiſſimum teſtatur,) putares tamen, inquam, atque exemplo tuo probares, *literas humaniores cum Jure Civili proxime eſſe conjunctas*. Igitur, ſi nulla mihi cauſſa fuiſſet, niſi arctiſſima illa, quæ Te inter & ſummum VALCKENAERIUM fuit, amicitiæ

co-

copula ac mutua doctrinæ peritiæque existimatio, quis Tibi quasi proprias miraretur inscriptas chartas, quæ nil nisi doctam elegantiam spirant atque sales?

Sed, quam magna illa sint (& sunt sanequam permagna) publicæ hujus testificationis argumenta, est mihi gravius etiam rationum; quæ me ipsum spectent, pondus: Etenim; sive me veluti quendam Valckenaerianæ caritatis hæredem complexus fueris, sive jam ab eo inde tempore, quo disciplinâ tuâ ad cognitionem Legum Civilium usumque forensem informabar, mores meos & pectus probaveris, (aperte dicam &, quod summæ mihi laudi duco, palam profitebor,) quotquot ego, in hac rerum humanarum mutabili scenâ & certissimâ inconstantiâ, aut amicos olim habui aut nunc etiam habeo; Te omnium expertus sum potissimum, Te fidissimum, Te in prosperis & adversis tuis meisque & Tibimet & mihi æquabilem & parem: Rem profecto nunquam non maximi faciendam & admirabilem, hac autem, qua vivimus, ætate tanto cariorem, quanto rariores sunt illi, qui amicitiam non vocent ad calculos, quique, cum utilitas desit, in prosequendis officio, in re-

retinendis, tuendis, defendendis amicis, nullam amplius honestatem, in deserendis, — quid dico in deserendis? — in calumniandis, opprimendis, spoliandis, pellendis, nullam amplius turpitudinem esse non censeant; qui, cum insano partium studio semel sint afflati, tanquam furore aliquo fanatico correpti, veterem conjunctionem cruentis manibus non discerpant tantum & dilanient, sed ipsos, quos de se optime meritos negare nequeant, per calumnias incensæ offensæque multitudini, velut ad bestias damnatos confodiendosque, tradere gestiant.

Equidem fateor, "omnem amicitiæ vim," ut vere scriptum est a TULLIO tuo, "in „ voluntatum, studiorum, sententiarumque „ consensione positam esse:" Sed quid igitur? An homo ratione, virtutisque & caritatis sensu, præditus brutis adeo inferior est animantibus, ut, cum hæc extremâ tantum fame in mutuas cædes & sanguinem adigantur, quin ne adigantur quidem; idem ille, qui ingenium & mores humanitatis studiis emolliverit, emollivisse saltem existimetur, si spectatus olim fide & benevolentiâ familiaris ab opinione, quam is sequatur, discedendum

sibi

ſibi putet, aut de Republicâ non in diverſas quidem & contrarias prorſus partes abeat, verum paulo aliter & ſentiendum ſibi & agendum eſſe judicet, omnem, quæ olim fuit, (ſi modo fuit unquam, nam in pectore, tanti furoris capaci, veram exiſtere caritatem potuiſſe vix credam) — omnem igitur caritatem exuat &, ſine rixâ, ſine jurgio, ſine offenſâ vel leviſſimâ, quæ tam ſævo diſſidio cauſſam dederit, innocentem & nil mali promeritum amicum veterem proſcindere, labefactare, peſſumdare, & in funeſtiſſimam, quam poſſit, ruinam dejicere conetur? Quæ ſi hiſce temporibus noſtris acciderunt & accidunt quotidie, (exempla a me non requiris, amiciſſime VOORDA, quo nemo melius res meas novit, & turpiſſimo aliquo nomine, quod alias occurrit, hanc quoque hujus Epiſtolæ partem non inquinare ſatius eſt,) quid illorum indignamur timiditatem & ignaviam, qui, amicitiam unice ad fructum referentes, temporum procellæ, ſummo etiam cum dedecore & proditione familiarium, ſemper cedendum clamant; qui denique gloriæ ſibi ducunt, apud potentes, quicunque fuerint vel quarumvis partium, quacunque cum famâ aut quocun-

que pretio, gratiosos semper esse, & commendationem, haud sine proprio commodo, habere atque auctoritatem?

Neque ego, BAVI VOORDA! de multiplici hoc hominum genere vel verbum injecissem, nisi ex oppositis tua mihi virtus & fides cum paucis splendidius eluxissent, totiesque inter experimenta, quae de aliis feci inexspectata, fuissent probatae: Namque, si fuerint forte, (& quomodo inter viros veritatis unice studiosos deessent perpetuo?) — si fuerint igitur caussae, de quibus & Tu & ego diversum sentiremus, leviores sane, rerum certe summam haud attingentes, ac de quibus postea eventus, quid verum esset, docuit, nulla inde suspicio unquam orta est, ne dicam iras, ne frigus quidem. Idcirco, nisi aliud fuisset & longe potius nomen, quo Tibi hunc Libellum inscriberem, VALCKENAERIANA, Viri magni, Tecum familiaritas, nemo tamen, qui tuum pectus, antiquos tuos mores, & in me haud ignorat benevolentiam, facile in vituperationem adducat, me hoc qualecunque monumentum conjunctionis nostrae exstare voluisse.

Jam

Jam de ipſo Libello nonnulla Tecum diſſerenda eſſent, niſi ejus ortum, viciſſitudines, & poſt Parentis fata natales poſthumos penitus cognoviſſes. Quæ Vir immortalis (nam, donec erunt Literæ, LUDOVICI CASPARI VALCKENAERII non interibit nomen) — quæ Vir immortalis, fervente ingenio, incaleſcente forte nimis & redundante profundæ eruditionis æſtu, chartis illeverat, ipſe poſtea ad ſeverius examen revocavit, nonnulla reſecuit, aut in breviorem gyrum coëgit. Nimirum hanc Legem ferme perpetuam rebus humanis ſcripſiſſe Numen videtur, ut nihil ſit tam præclarum, nihil tam generoſum, tam ſupra communem mortalium ſortem elatum, cujus non ipſa magnitudo periculum ſecum trahat, & quandam, quum ad apicem ventum eſt, velut declivem viam, qua viciſſim atque ab adverſâ parte in præceps feratur, omniaque humana imbecilla eſſe atque infirma apertiſſimo documento teſtetur. Diviniora ingenia (& erat ſane, ſi Literas ſpectemus, inſolitumque in hæc ſtudia ardorem, aliquid in VALCKENAERIO divini) — ejusmodi, inquam, ingenia quæcunque agunt, fervidius agunt, nec modum, quem alii ſequuntur, per-

petuo tenent. Quum hasce in *Elegiam Catulli Callimachéam Adnotationes*, prono immensæ doctrinæ alveo, effunderet potius quam conscriberet ὁ πάνυ, Pöeticarum deliciarum voluptate abreptus ac vix sui compos, per latissimos Musarum campos exspatiari, imo vagari errabundus, maluit, quam tramitem timide servare, quo siccus & sobrius eruditionisve parcus alter rectâ incessisset. At enimvero, quamquam, secundis ipse curis nonnulla delens, plura tamen reliquit, quæ homini tristiori alieniora videantur, quotusquisque, quæso, nostrûm est, qui vere humanam hanc amamus eruditionem, qui scripta nollet quæcunque a Viro severissimo liberius hic scripta reperiuntur?

Igitur non est, quod plura de Libello addam, quem nemo VALCKENAERIANO nomine, ac famâ VALCKENAERIANÂ, id est, summâ, indignum judicabit; in quo nemo etiam plerasque conjecturas, audaciores licet, non probet, felicemque hanc fuisse audaciam non fateatur. Illa vero pars, quæ in *Elegiarum Callimachéarum Fragmentis* corrigendis explicandisve versatur, talis est, ut, si a Bentlejo discedamus, neminem facile repertum iri confidam, cujus in isto quoque genere

nere eximia doctrinæ ubertas & judicii acumen cum VALCKENAERIANIS dotibus, in brevi opellâ conspicuis, comparari possit.

Quod inter ea Fragmenta tertium est, nuper tractavit Doctissimus IMMANUEL-GOTTLOB HUSCHKE *in Epistolâ Criticâ in Propertium* pag. 32. Is vero, si Santenii *sui* emendationem reliquis Virorum doctorum conjecturis præstare censuit, (an Toupianæ etiam, nescio) & numerosiorem tamen & usui Græcæ Linguæ magis convenientem Valckenaerianam judicabit, suam autem prorsus rejiciendam esse agnoscet, quando *aliquid cuipiam dicere aut patefacere* Græce nunquam dici potuit εἰπεῖν τι εἰς τινα, quod foret *aliquid in quempiam dicere, sermone in aliquem invehi, sive male dicere*, sed εἰπεῖν τι τινι, ut ἐξερέειν ἄλγεα κωφαῖς μαψαύραις, γῇ τε καὶ οὐρανῷ λέξαι, non εἰς γῆν καὶ οὐρανὸν, in exemplis a Valckenaerio (pag. 208.) prolatis.

Unus solummodo locus est, de quo diversa mihi a VALCKENAERIO meo sit sententia. Existimat ille (pag. 198.) CATULLIANA illa Carm. LXIX.

— *Mulier, cupido quod dicit amanti,*
In vento & rapidâ scribere oportet aquâ,

expressa esse e versu XENARCHI Comici apud ATHENÆUM Lib. XII. pag. 441. E.

Ὅρκον δ' ἐγὼ γυναικὸς εἰς ΟΙ'ΝΟΝ γράφω.

Xenarchi dictum Catullo obversatum, haud nego. Quis adfirmet tamen, cum ejusmodi dicta proverbii fere locum habeant? At γράφειν εἰς οἶνον aut Xenarcho aut alii cuicunque dictum unquam, id vero haud facile mihi persuaserim. Aqua certe profluens usûs est communis & vulgo adeunda: Vento si agitetur amnis, nihil rapidius, nihil instabilius: *Scribere*, scilicet, *in vento & aquâ*, est *inscribere aquæ vento agitatæ*. Sed an *in cyatho* quis scribat aut *vini* cado? An digito sic ludat, an calamo? Id vel pueri fuerit, vel hominis plane ebrii aut male sani. Verum καταχαράσσειν τὴν κόνιν, uti est apud BASILIUM, cujus locum habet JOANNES BRODÆUS *Miscell.* Lib. I. Cap. 1. id Xenarcho est γράφειν εἰς κόνιν. *Abacum* & *pulvisculum* omnes memorant, qui de primâ egerunt scribendi origine; *eruditumque pulverem* interpretati sunt multi, præter Brodæum l. laud. & LIPSIUM, DAVISIUS præsertim, qui utrumque laudat, ad CICERON. *Tusc. Disp.* Lib. V.

Cap.

Cap. 23. *de Nat. Deor.* Lib. II. Cap. 18. ne ARISTOPHANIS quidem omisso loco *in Nub.* v. 177. ubi, qui *in abaco pulvis* spargebatur, ridicule dicitur λεπτὴ τέφρα. In ejusmodi homines, qui, Aristophanéo more, *eruditum* istum *pulverem* spernunt & rident, severius invehitur PERSIUS Sat. I. v. 131.

Nec qui abaco numeros & secto in pulvere metas
Scit risisse vafer, multum gaudere paratus:

Ad quem locum IS. CASAUBONUS *Scholasticum* memorat *pulverem* & γραμμὰς ἐγκονίους, *quarum* (ait) *multa ubique mentio.* Quum autem descripti in abaco circuli, aliæve lineæ aut formæ, facile (ut SENECÆ utar verbis Ep. 74.) *in eum, quo scripta erant, pulverem solvebantur*, hinc factum primum, ut Geometræ mensis ejusmodi pulvere conspersis potissimum uterentur, quo seu σχήματα sua & figuras, seu calculos perperam positos, facilius obducerent; mox etiam, ut quæcunque stabilia non essert, sed fluxa & sæpius mutanda, dicerentur εἰς τὴν κόνιν γεγραμμένα. Neque pluribus opus est, ni fallor, ut probabilem reddam emendationem, qua Xenarchi versum leviter sic corrigo.

Ὅρκον δ' ἐγὼ γυναικὸς εἰς ΚΌΝΙΝ γράφω.

At-

Atque ita, amiciſſime VOORDA, nihil foret, quod aut Te aut alium quempiam morarer amplius, ne ad deguſtandas haſce Valckenaerianæ doctrinæ dapes ocyus properaretis, niſi unicâ, quæ per vitam mihi forte ſuppetet, occaſione utendum cenſerem, ut animum *de Analogiâ Græcâ* dicendo expleam. Inexſpectatum id putes; & tamen data mihi, non quæſita, occaſio eſt. Nimirum ſeu caſu, ſeu fato aliquo, accidit, ut in parvo hoc Libello, & proximo quidem intervallo, ſcripta repererim, quæ, ſi ad veteres delicias, præcipuus inter Hemſterhuſianæ disciplinæ alumnos, — *Analogiam Græcam* dico, — VALCKENAERIUS animum intendiſſet, Viro ſummo excidiſſent nunquam. Quis enim ex tam multis, qui indagandarum Originum Græcarum Latinarumque veriſſimam rationem ab Hemſterhuſio acceperunt, eam elegantius, verius, aut evidentius tradidit, quam VALCKENAERIUS in *Obſervationibus, quibus via munitur ad Origines Græcas inveſtigandas, & Lexicorum defectus reſarciendos*: Quas Obſervationes, etiamſi *Prælectionum publicarum* tantum loco illas diſcipulis tradiderit triennium vix Franequeræ Profeſſor, neque adeo

adeo sic exornaverit & perpoliverit, ut fecisset, si illas ipse ad posteritatem propagasset, magno tamen Juventutis commodo & emolumento, neque adeo male aut inique, in vulgus edidit Cl. EVERHARDUS SCHEIDIUS. — Igitur, si quo juvenis tam feliciter tendebat VALCKENAERIUS, ulterius eo perrexisset, periculum hodie non esset, ut præclara disciplina Hemsterhusiana, cum ipsâ Viri maximi scholâ, intereat. Neque defuerunt Viri & auctoritate pollentes, & moribus, doctrinâ, muneribus graves, qui eum hortarentur, ut acrem vim ingenii eximiamque sermonis Græci peritiam præcipue adhiberet ad exstruendum instruendumque Analogiæ Græcæ Latinæque augustum illud ædificium, cujus primas quidem lineas, ex Hemsterhusii scholâ recens, duxerat, sed immensæ ædificationi manus ultra non admoverat; quemadmodum & ipse olim disciplinæ Auctor, Hemsterhusius, Socratis instar, sagacissimæ mentis cogitata discipulorum fidei committere maluerat, quam suâ, qui ad scribendum tardior erat, operâ literis consignare. Quid de Hoppio, Ærarii Belgici quondam Præfecto & insigni Reip. Batavæ ornamento,

ope-

operam illius & ſtudium, ad conſcribendas *Origines Græcas*, ſedulo efflagitante, narraverit mihi VALCKENAERIUS, probe recordor. Sed nimirum altioribus, jucundioribus ſaltem, harum Literarum partibus intentus, atque in colligendis, digerendis, expromendis veteris ſapientiæ eruditionisque Hiſtoricæ & Poëticæ copiis occupatus, de priſtino illo ardore, quo antea in disquiſitiones analogicas ferebatur, tantisper remiſerat: Cumque aciem ingenii in iſtâ eruditionis Græcæ parte non amplius adhiberet, hinc factum, opinor, ut illa ſcripſerit, de quibus modo dicebam.

Nempe pag. 227. hæc reperiuntur: " Ex „ dictis clare ſaltem liquet origo vocis Cal„ limachéæ Προχάνῃ, atque adeo cur iſtâ ra„ riore voce *prætextum* deſignaverit; ſed, „ quidquid etiam nobis narrent Grammatici, „ *prorſus*, me judice, LATET, cur *prætex*„ *tum* Æolice loquentes dixerint Μύνην, &, „ τὸ προφασίζεσθαι, Alcæus μύνεσθαι:" Mox pag. 229. de rariſſimâ voce λῖρος vel λιρὸς ubi agit, quæ τὸν ἀναιδῆ, vel ἀναίσχυντον, *impudentem* notat, ſeu plane quem Batavi dicimus *een ſlegthoofd*, " ſatius eſt (ait) *originem vocis* „ *ignorare*, quam cum Euſtathio aliisque ab-

„ ſur-

„ ſurda dicere." — At enimvero adhibeat quisquam tutiſſimum " *Analogiæ filum*, quo „ ſimpliciſſimæ verborum formæ indagan- „ tur, quæ tribus quatuorve literis conſtant," (RUHNKENII fere verbis utor in *Elogio Hemſterhuſiano*) mox acclivi facile ſemitâ perveniet ad verba μύω & λίω: Quorum illud *premo*, *premendo claudo* & *occulto*, cum ſignificet, hoc *minuo*, *minuendo frango*; μύνω, forma producta a μύω, notat *alterum claudo*, *occulto*, *celo*; μύνομαι, *me ipſum occulto*, *mentem meam celo*, *vera animi ſenſa ſub prætextu abſcondo*, *quæſitam cauſſam voluntati meæ prætexo*, προφασίζομαι: Et hinc nata vox verbalis Μύνη eſt πρόφασις, *prætextus*. Λίω autem, *minuo*, *frango*, peperit & λιρὸν & λιτὸν, quod utrumque, ſignificandi colore parumper diverſum, communem vim habet τοῦ φαύλου, τοῦ εὐτελοῦς, *tenuis*, *vilis*: ſed λιτὸς magis notat *hominem ſimplicem*, *qui tenuis eſt conditionis & indolis demiſſae*, *humiliem*; λῖρος vel λιρὸς *hominem ex infimâ plebe ſordidum*, *ruſticum* & *inurbanum*.

Gemina hæc derivatio nulli non & certiſſima & ſimpliciſſima videbitur: Atque hîc patiare, quæſo, Vir amiciſſime, me animi mei

ſenſa

ſenſa candide eloqui. — Inter tot & tanta monumenta ſingularis Providentiæ, quæ naſcentis hujus mundi primordia fovit, auxit, & direxit, auguſtius nullum eſt aut mirabilius, quam utiliſſimum illud, & ſine quo Societas hominum vix *humana* dici poſſet, loquendi ſcribendique artificium, & incogniti quidem maximam hodie partem, nec tamen minus veri, Linguarum natales: Sed, ut reliqua, quæ ad iſtam rerum humanarum primo ævo conditionem pertinent, nos homunculos latent, ac non niſi a palpantibus hic atque illic, medias inter umbras, deprehendi creduntur, ſic præſertim, quis fuerit Linguarum fons aut cauſſa, nemo eſt, qui adfirmare poſſit: Divinam cauſſam fuiſſe ego certe exiſtimo: De Linguâ, quam multi *primævam* ſtatuunt, haud loquor; neque de reliquis, quæ aut olim fuerunt, aut nunc etiam ſive ipſæ ſive in ſobole exiſtunt ſuâ, temere judico: Sed, ſi de ſermone Græco & Latino dico quod ſentio, id me profiteri reor, quod, non ſine aliqua cognitione atque contemplatione, tam mihi perſuaſum eſt, quam me hominem eſſe, ſpirare, & vivere. Quapropter palam, vere, & ex animi ſententiâ profiteor, illum eſſe

ſer-

ſermonem Græcum (& quod de ſermone Græco adſeritur, id de illius filiâ, Linguâ Latinâ, pariter adſeri, nemo hodie ambigit) — illum igitur eſſe ſermonem Græcum profiteor, qui Divinæ Providentiæ documenta exhibeat certiſſima, ita ut, quæ rerum naturalium peritus, aut potius quisquam demum e multis, qui non plane hebes ſit aut ſtupidus, argumenta ex variorum corporum fabricâ ſumat, aut quæ rerum moralium ſciens petat ex præceptis ethicis, ex intimo præſertim iſto *ſenſu morali*, quam innatam inſculptamque in animis immortalibus eſſe Legem Divinam vere cenſent optimi inter Philoſophos, — eadem argumenta ego in origine atque ſtructurâ Linguæ Græcæ inveniam; ut probem eſſe Numen, cujus potentiſſimis conſiliis factum eſt, ut in ipſis naſcentis mundi incunabulis ſermo exſtiterit, qui, ſive *formam* illius ſpectemus *Grammaticam*, ſive *indolem Philoſophicam*, talis eſt, ut ſine ſummâ ſapientiâ efformari ac conſtitui nunquam potuerit: *Grammaticam* autem *formam* quum dico, ea puto, " quæcunque pertinent ad „ originem immenſæ multitudinis vocum ver„ borumque, à pauciſſimis ac ſimpliciſſimis

„ radicibus, per certas definitasque flecten-
„ di, augendi, producendique regulas, viam-
„ que in omnibus æquabilem, deductorum
„ vel effictorum:" *Philosophica* vero *indoles* illa mihi est, " qua, primo, efficitur, ut,
„ quemadmodum ipsæ voces *elementis* atque
„ *origine* conjunctæ sunt, sic simile plane
„ vinculum inter *significationes* earum repe-
„ riatur, ita ut nulla vox a communi radice
„ cum aliâ voce deducta exstet, quæ, alienis-
„ simâ licet, quin plane contrariâ, potestate
„ hodie prædita, communi tamen *ideæ*, (*spe-
„ ciem* dicebat CICERO,) cognatæve *ima-
„ ginis* vinculo cum alterâ illâ voce non con-
„ jungatur:" Quam significationum cognationem si quis paulo perspicacior & veri amans attentius consideret, mox fatebitur, alteram quoque *Philosophicæ indolis*, quæ sermoni Græco propria est, partem hanc esse, " ut
„ in adsignandis significationibus, quæ *secun-
„ dæ* seu *secundariæ* & *translatæ* dicuntur,
„ rerum actionumque humanarum *naturam*,
„ *caussam*, *finem*que Græci mirifice specta-
„ verint; ita ut *primaria* potestas non nisi
„ *Philosophicâ cogitatione* (ut sic dicam)
„ cum secundariis cohærere videatur."

Ri-

Rideat hæc alius, & in tenuiſſimâ diſciplinâ delirantis dicat ſomnia: Equidem delirantem Democritum, dum tenuiſſimas viſcerum humanorum fibras ſcrutaretur, ſuum Abderitis acumen invidiſſe haud exiſtimo. — Ergo, objiciat mihi aliquis, — (& quoties objicientes non audivi?) — ergo rudes illi Pelasgi, quos ferinam egiſſe vitam, in ſpecubus cavisque arboribus delituiſſe, & ſimpliciſſimam colendorum agrorum artem ignoraſſe, haud diffiteris, ipſo Platone, cujus in re Etymologicâ novimus infantiam, fuerunt ſagaciores? — Ergo, qui glandibus veſcebantur ἀνιπτόποδες, χαμαιεῦναι, — qui frumentum ignorabant & arte contextas veſtes, — λῖνον dixerunt a *tenuitate*, μῦρον a *clauſis* pyxidibus, quibus pretioſa unguenta conduntur? — Ergo, qui á Cecrope demum Ægyptio Societatis civilis acceperunt *Legem*, eam νόμον dixerunt, quod *ſuum cuique tribuat*, atque ita ſubtiliter fuerunt philoſophati? — At vero, qui iſta a me quærat, viciſſim rogem: Quum ipſe negare nequeat, per certiſſimas derivandi regulas, quae millenis exemplis probentur, λῖνον eſſe formam productam a λίω, μῦρον a μύω, νόμος flexum a νέμω, an itaque cenſeat *caſu*

 hæc

hæc omnia accidisse & *fortuito* inter se convenire? An sibi persuadeat, priscos illos seu Sellos, seu Pelasgos, seu Græcos, omni caruisse sermone, quando μέγαρα sua atque cavernas habitabant? Si concedat sermonem habuisse, quo animi sui cogitata efferrent, an iste sermo a sermone Græco, quo cecinit Orpheus, scripsit Homerus, plane diversus & alter fuisse illi videatur? Si non fuerit diversus, aut potius si iste Pelasgorum sermo fundus fuerit ejusdem Linguæ, qua eloquentia Attica æternam famam consecuta est, quo igitur modo credat, factum fuisse, ut a simplicissimis primordiis tam læta, tam abundans, tam elegans illa Lingua excreverit & effloruerit? *Casu*, scilicet! & nescio quâ, *cœcâ* quidem, felici tamen *forte*, hæc contigerunt? Procul dubio, uti omnia, in admirabili hac Universi fabricâ, *casu* facta sunt & *fortuito atomorum concursu!* Quis enim Providentiam agnoscat? — Agnoscis tamen; & nostrorum hominum, quibus tot & tanta debemus *insanientis sapientiæ* bona, non metuis ludibria? — Providentiam agnoscis, & singularem Numinis in creando, fingendo, compo-

nen-

nendo, ornando hoc Univerſo, ſapientiam? eandem vero ſapientiam, quæ omnia ad uſus humanos tam magnifice, tam laute, tam benigne inſtruxit, in ſolis Linguis, (quum ſermo tam inſigne felicitatis humanæ ſit inſtrumentum,) hominem, aut ſe ipſam potius, deſtituiſſe opineris? Qui araneas telam texere, qui aves nidulos ſuos mirificâ arte figere docuit, ab illo hominem, ſui etiam neſcium, artem effingendi ſermonis edoctum negaveris? Hexagonam formam, inter circularem quadratamque cum medium teneat, maximum ſpatium pauciſſimæ materiæ includere conſtat; apesque in condendis favis eandem, quam Natura in cryſtallis denſandis, fabricæ legem perpetuo ſequuntur: Quo, quæſo, duce? — Eandem propemodum, in conſtruendis incredibili artificio domibus ſuis, ſervant fibri: Quo, quæſo, duce? — Qui apibus, qui caſtoribus, ſui etiam, dum opus mirabiliter perficiunt, neſciis, Divinam Mentem magiſtram fuiſſe concedis, homini, ad Societatem nato, quæ ſine ſermone nulla eſſe poteſt, eandem Mentem, in effingendo hoc vitæ civilis inſtrumento præcipuo, defuiſſe adfirmes? Qui araneis, qui apibus, qui caſtoribus adeſt,

is homini desit? Apibus & castoribus in locandis compingendisque cellulis sit instinctus; homini in condendâ Linguâ nullus? — Absit, absit! Ego certe, cui persuasissimum est, sermonis Græci anatomen haud minus evidenter institui ac demonstrari posse quam corporis humani, in istâ *divini instinctûs* caussâ acquiescere malo, quam aut rem mihi certissimam negare, aut fortuitam aliquam rationem, (quo perfugio tamen arrogans & pervicax ignorantia tutissime se abscondit) atque incerti casûs auxilium implorare.

Quando vero sic sentio, si ridiculus videar, habeo tamen, cujus auctoritate me facile excusem aut defendam, Virum intelligentis judicii neque fatuum aut superstitiosum, Præceptorem meum, HEMSTERHUSIUM: Is quippe, dum, quæ ego pluribus disputo, paucis adserit, veram præjudicatæ opinionis, quam conor revellere, caussam tradidit. De mirabili Linguarum instrumento & origine (*) agens, " quum igitur, inquit, homines ad ineundam animorum

„ omnis-

(*) In Oratione *de Linguæ Græcæ præstantiâ, ex ingenio Græcorum & moribus probatâ*, pag. 49.

„ omnisque vitæ conjunctionem " ſummum
„ Numen condidiſſet, *illam naturalem men-*
„ *ti implicuit vim*, quæ, rerum imaginibus
„ & appulſu excitata, brevi laboris compen-
„ dio in pulcherrimum ſermonis uſum inci-
„ deret; neque enim tum Societatis inter
„ humanum genus adjungendæ neceſſitas,
„ deſtinatusque finis, tum ad variandos ſo-
„ nos oris atque linguæ apta conformatio
„ ferebant, ut præclariſſimum ad ſtabiliendam
„ hominum vitam adjumentum longâ inven-
„ tionis morâ ſepultum premeretur. Etſi
„ vero mirificam hæc res virtutem habeat,
„ & *conſpicuum originis divinæ pignus*, ni-
„ hilominus perpetuo atque ab ultimâ pue-
„ ritiâ prodito conſuetudinis uſu obſolefacta
„ vix ad animum revocatur: Scilicet huma-
„ nitati nativum illud obhæreſcit vitium, ut,
„ quum in auguſtiſſimo nos miraculorum thea-
„ tro Naturæ Creator & Arbiter collocave-
„ rit, hæc tanta prodigia quotidianâ veluti
„ contrectatione vulgata tantum non eviles-
„ cant, nedum in admirationem nos ac ſtu-
„ porem rapiant."

Multum vero fallor, aut non ſolus hodie hanc foveo ſententiam: Cum enim ab eo inde

tempore, quo acceptam ab Hemſterhuſio diſciplinam ſerio cœpi meditari, veritas illius & utilitas magis magisque mihi fuerunt probatæ, haud mediocriter & mihi & Batavis meis adſenſum laudemque gratulatus ſum, quibus *Batavam* in re Etymologicâ *Scholam* ornavit Vir præclari nominis EICHHORNIUS; gratulatus ſum autem eo magis, quod, quæ ego de ſermone Græco, tanquam qui *non ſine Numine* natus ſit, philoſophari ſoleo, idem de aliis Linguis, veteribus præſertim, adfirmaverit: Germanica illius ſi bene interpreter, hæc ſcripſit (*) Vir inſignis.

„ Philologi Batavi de gravi injuriâ, (quam
„ diſciplinæ illorum Etymologicæ faciant Schola
„ *Göttingenſis Michaëlitica* in Dialectis
„ Orientalibus, *Erneſtina Lipſienſis* in Græcis,) jure queruntur: Subtilem eorum artem certe a meliori parte minus ſpectare,
„ deteriorem ſemper ob oculos ponere ſolemus: Et fatendum tamen eſt, maximi
„ momenti rem eſſe de Linguis philoſophari,

(*) EICHHORN's *Allgemeine Bibliothek* B. IV. St. 4. pag. 744. und folg.

„ ri, variarumque Dialectorum indolem ſcru-
„ tari, quod ſine ſubtiliori anatome univer-
„ ſæ earum fabricæ fieri haud poteſt: Ut
„ curſum, quem tenuit ingenium humanum,
„ ad primam usque illius ſcaturiginem inda-
„ gemus, haud melior eſt via aut ratio, quam
„ Linguarum perſpiçere fabriçam, quæ ni-
„ mirum fabrica ipſius hominis magnum ſit
„ artificium: Monumenta quippe æterna ſunt
„ illæ, quo ipſe pacto ſeſe ad humanitatem
„ informaverit: In Linguis prima reperiun-
„ tur documenta, quæ demonſtrent, quo de-
„ mum modo ingenium humanum ſeſe ſen-
„ ſim ſenſimque explicuerit; — documen-
„ ta, inquam, quibus tempus pepercit edax,
„ quæque velut manu nos ducant ad argu-
„ menta, quæ de Hiſtoriâ generis humani tu-
„ tiſſime colligamus. Omnes Linguæ, quam
„ diverſæ etiam ſint originis atque ſpeciei
„ externæ, quam materiâ differant & for-
„ mâ, quod ad fabricam tamen externam
„ internamque mirificâ harmoniâ inter ſe con-
„ ſentiunt: Elementa illarum penes omnes
„ gentes ab iisdem manant primordiis: Pro-
„ greſſus idearum, illarumque nexus inter
„ ſe, univerſe idem eſt: Rationis, qua lo-

„ cutiones a rebus, quæ *ſenſibus* percipiun-
„ tur, ad res *morales* transferuntur, admi-
„ rabilis in omnibus & evidens eſt conve-
„ nientia: Ubique idem ingreſſus, idem ſeſe
„ exſerendi atque enunciandi modus, quo
„ utitur *facultas cogitandi humana:* Atque,
„ ut iidem ſunt ſenſus, eadem organa, ſic
„ & in elaborandis Linguis pares affectus,
„ pares animi motus reperiuntur."

„ Iſta vero omnia " — (haud illubens, mi VOORDA, Virum doctum & elegantem audis, quem me piget talia popularibus tantum ſuis ſcribere, quæ, ſi Latinâ veſte induta eſſent, & pluribus prodeſſent &, niſi augurium fallit, perennia magis forent ac futuris ſæculis placitura: Equidem temperare mihi non poſſum, quin totum deſcribam locum, cujus perſpicua & plana Philoſophia adſenſum invitis etiam extorquebit:) —
„ Iſta vero omnia (inquit EICHHORNIUS)
„ eum latent perpetuo, qui in intima Lin-
„ guarum adyta ſeſe non demiſerit, quique
„ earum anatomen atque (ut ita dicam)
„ phyſiologiam ad prima usque illarum ele-
„ menta ac monadas non perſequatur: Qua-
„ propter certe laude digna eſt, & haud

„ uno

„ uno nomine magnum momentum habet eo-
„ rum opera, qui ex universis Linguarum
„ divitiis illas, quantumcunque possunt, syl-
„ labas eruunt, quibus primæ earum radices
„ inhærent, quique has syllabas primitivas
„ exhibent resectas & sejunctas a multifariis
„ additamentis, quibus illas longa dies & in
„ effingendo nunquam non progrediens hu-
„ mana solertia adauxit. Qui Linguarum
„ cognitionem cum Philosophiâ conjunxit
„ quidem, neque tamen in profundissima ista
„ Etymologiæ adyta penetravit, sæpe dubi-
„ tat, an rudis & incultus homo, an incola
„ Orientis aut Græciæ, ad Societatem ci-
„ vilem nondum factus, verba sua & voces
„ ad normam adeo constantem atque uni-
„ formem, effingendis tonis atque significa-
„ tionibus, potuerit formare, unumque ex
„ altero producere? Numne mera sint so-
„ mnia, voces compositas ad tantam simpli-
„ citatem reduci posse? Et certe magnis pre-
„ meretur angustiis, quicunque istud crean-
„ darum primarum Originum effingendique
„ inde totius sermonis artificium *meræ theo-*
„ *riæ* tribuere vellet: Neque tamen minus
„ manifestum est, Linguarum primordia &

„ for-

„ formam ex *ipsâ cogitandi facultate, quæ*
„ *homini innata est*, profluxisse; quæ cogi-
„ tandi facultas, ope mechanismi loquendi
„ organis proprii, adjuvante cœli climate,
„ naturâ aëris, aquæ, aliarumque caussarum
„ innumerabilium, quæ inter contingentia
„ censendæ sunt, sese in effingendis forman-
„ disque Linguis, secundum perpetuas æque
„ stabilesque leges exserit, ac Natura in cry-
„ stallis, quæ particularum adjunctione ad
„ certam increscunt figuram; in succino in-
„ durando; in incrementis, quibus sensim
„ adsurgit argyritidos arbuscula. — At enim-
„ vero, quærat aliquis, an illa Philosophia,
„ quæ in Linguis eo pacto supponitur, non
„ acuta nimis ac subtilior est, quam ut vere
„ locum habere queat? Certissime, si rudis
„ ac ferus homo, qui Linguam effingere
„ suam incipit, a merâ theoriâ in hac operâ
„ suâ proficisci deberet: Sed non aliam se-
„ quitur viam aut rationem, nisi eam quæ
„ *naturali illius facultati cogitandi* insita est,
„ quâ ipsa illum instruxit Natura, quæque
„ sese secundum tempora, occasiones, atque
„ opportunitates sponte suâ explicat & ex-
„ pandit. Ipse, sui nescius, flexus sequitur

„ &

„ & figuras, qui ſuis loquendi organis con-
„ veniunt, quique penes homines ſub eo-
„ dem cœli climate, in eâdem Patriâ, ejus-
„ dem originis, ſub eodem aëre, iisdem
„ aquis, eodem victu uſos, eandem in uni-
„ verſum formam habere debent." — Atque hæc quidem, quod ad rem noſtram faciat, EICHHORNII, Viri ingenioſi certe & acuti, ſunt φιλοσοφήματα.

Quantum autem (ut ad inſtitutum ſermonem revertar,) gaviſum me credis, amiciſſime VOORDA, illa, quæ a compluribus annis de origine ſermonis Græci meditatus eram & profeſſus, quæque ſæpius cachinnis excipi videram & jocis, tam luculenter confirmari adſenſu ejus Viri, cujus judicium hac parte eo verius eſſe debet, quo penitius ille non Linguæ tantum Græcæ ſed Dialectorum Orientalium, Alberto Schultenſio & Schrödero ſuppar, indolem ac fabricam ſpectaverit? Quippe quod EICHHORNIUS de *inſitâ homini ac naturali facultate cogitandi* ait, id ego intelligi velim de *inſtinctu*, ſeu "de vi illâ,
„ & efficaciâ, qua Mens Divina, cum ho-
„ minem ad Societatem civilem creaſſet,
„ ingenium illius inſtruxit, ut, ſui ipſe ne-
„ ſcius,

„ fcius, inftrumentum fibi effingeret, fine „ quo nulla Societas effe poterat." — Rudis homo tam fubtile inftrumentum, tam mirificum, tam aptum invenerit, fcilicet! animo informaverit, & re verâ effinxerit! — Quid tum? — Rudis & a nemine edoctus fiber, beftiola rationis incapax, ædificium tam elegans, tam concinnum, tam ufibus fuis conveniens, exftruxerit, tam induftrie omnem materiam collegerit, tam affabre coagmentaverit, tam nitide poliverit! — Quid tum? — Et homo in formando fermone & fiber in inftruendâ cafâ fuâ magiftram habuerunt *Naturam intelligentem*, *cujus*, ut vere CICERO, *nusquam non ratio apparet*. Quæ beftiis, ad paftus capeffendos adripiendamve prædam, *machinationem quandam* atque *folertiam* dedit; quæ *non artificiofa folum*, *fed*, (ut aiebat Zeno,) *plane artifex eft & provida confultrix utilitatum opportunitatumque omnium*; eadem illa Naturâ, quæ Mens mihi Divina eft, homini, ad vitam civilem nato, in inveniundo componendoque Societatis humanæ fubfidio præcipuo adjutrix fuit & fautrix. Hanc vero Mentis Divinæ opem, hoc confilium, fi quis, ut in fibris

Ar-

Architectonicam naturalem, *instinctum* mecum dicere velit, sive cum HEMSTERHUSIO *naturalem vim*, *menti implicitam*, aut cum EICHHORNIO *facultatem cogitandi naturalem*, *quæ sese explicat*, haud multum interest, nec valde repugno, dummodo fateatur, in hac quoque Philosophiæ parte, quæ de primordiis dicendi scribendique agit, verum esse, quod eodem fere loco ait TULLIUS (*): *Quæ copulatio rerum*, *& quasi consentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio Naturæ*, *quem non movet*; *hunc horum nihil unquam reputavisse certo scio*: Nam maxima *coagmentatio*, non *ad incolumitatem mundi* tantum, sed ad ipsam Societatem humanam *consentiens*, *sermo* est, ita quidem ut, quicunque Analogiam nostram non ignoret, *sermonem* apud Latinos, haud minus quam apud Græcos *amorem* (ἔρος, ἔρως) atque *pacem* (εἰρήνη), a *nectendo*, *conjungendo*, *coagmentando* (ἀπὸ τοῦ ἔρειν, ἔρεσθαι) dictum esse noverit.

Hæc quum ita sint, mihi saltem ita esse videantur, facile intelligis, BAVI VOORDA, Vir

(*) *De Nat. Deorum*, II. 46.

Vir clarissime, quanto opere doleam, eximiam illam a Triumviris principibus Josepho Scaligero, Claudio Salmasio, Isaäco Casaubono inchoatam, a Lamberto Bossio adumbratam, sed a summo Præceptore meo ita fere consummatam disciplinam Etymologicam, ut jure ab illo nomen ferat, — Scholæ, inquam, Hemsterhusianæ disciplinam interitui vicinam jam esse, quum nemo unus repertus sit, qui illam *in formam Artis* redegerit, neque (ut hodie sunt tempora) sperare liceat, ante Hemsterhusianorum, qui pauci supersunt, fata repertum iri. — Mireris forte has querelas; mirentur Tecum alii: Literæ, haud negabis, sordent; nec sordent tantum apud Batavos, sed jacent prorsus, spernuntur, & ab hominibus, quibus audacia pro ingenio, frons pro pectore, temeritas pro consilio est, palam proculcantur. Sed aies: Exstant VALCKENAERII, exstant LENNEPII *Prælectiones:* Exstat hujus *Expositio rationum analogicarum Linguæ Græcæ:* Exstat Viri peritissimi *Etymologicum Linguæ Græcæ*, EVERHARDI SCHEIDII, Viri laboriosissimi, curâ & industriâ auctum & emendatum. De Valckenaerio quid vere sen-

ſentiam, dixi ſupra; Nihil a Viro ſummo profectum unquam, quod in ſuo genere non ſit optimum & conſummatum: Sed tam bene inchoatum opus deſeruit; intra primas lineas ſubſtitit, neque ultra progresſus est, viam aliis monſtraſſe contentus. Lennepius vero, in re Etymologicâ perſeverantior, quod Plato Socrati fuit, idem ille Hemſterhuſio. Nihil Socrates adfirmare ſolebat, quod *certum* non eſſet & *exploratum*: Plato contra ingenio indulgere, hypotheſes fingere, aliquando ſubtiliter magis quam vere dicere. Vellem, quæ ſubactum ad Mathematicorum normam ingenium Hemſterhuſii tantâ cum *evidentiâ* definiverat, ut dubitationi ferme non ſit locus, Lennepius ad *probabilem conjecturam*, quin *minus probabilem* aliquando, non extendiſſet. Jure optimo (nec diffiteor) ſcribebat EICHHORNIUS, " vix negari poſſe, ſubtiliorem
„ iſtam & exactiorem anatomen Etymologicam ſermonis Græci, quæ Philologis Batavis debeatur, haud carere derivationibus
„ atque originibus, quæ *meri arbitrii* eſſe
„ videantur, tandemque *in luſum ingenii*
„ deſinant: Neceſſe eſſe, ut in hiſce analyſeos Etymologicæ laboribus ſæpe ſubſiſta-

„ mus in eo, quod *esse possit.*" At vero iste Lennepianæ Scholæ nimius fuit ardor, qui ultra veri scopum tetendit, non sobriæ disciplinæ Hemsterhusianæ modus. Hæc disciplina non *lusus ingenii*, non conjecturas, non *merum arbitrium* sequitur, sed *evidentiam*, si non Mathematicam, illam certe, quæ *moralis* dicitur, seu cui candidus quisque judex, & arbiter veri, adsensum suum haud neget.

Porro ut de *Lexico Lennepiano* dicam quod sentio, quicunque opus utile & laboriosum tractaverit, in hac qualicunque scientiâ nostrâ non plane hospes, fieri non potest, quin sæpe animadverterit, novissimas Auctoris curas ei defuisse: Lectionum quippe domesticarum vice quum hasce Etymologicas Observationes, ad literarum ordinem digestas, traderet Lennepius, spatiis inclusus iniquis tum temporis tum argumenti, ea discipulis sæpius calamo excipienda tradidisse videtur, quæ occasioni & loco satisfacerent, sed pro meditate dictis scriptisque, ut in ævum durarent, haberi non possunt. Tum etiam ipse hic ordo literarum effecit, ut veritas minus eluceret, quin & interdum ipsi Lennepio minus appareret. Nihil, me quidem judice, Etymo-

mologiis demonſtrandis magis obeſt, quam ordo elementorum religioſe ſervandus. Quæ uno obtutu ſpectanda fuerat totius corporis coagmentatio, ex iſtâque conjunctione emergens ac manifeſto deprehendenda forma & veritas, eo modo plane evaneſcunt, quia ſingula membra in partes diverſas locaque disſita diſperguntur: Divulſis autem nullus amplius ſupereſt veræ vitæ color, nulla unius certique corporis ſpecies. Etenim, ſi ab eâdem radice ſimpliciſſimâ, ſecundum certas definitasque regulas, videamus deducta plura verba vocesque, ita ſub uno velut adſpectu collocata, ut in cunctis eadem appareat poteſtas primitiva, per varios deinde ſignificandi flexus in minores ramos diviſa, neceſſe eſt, ut in omnibus ac ſingulis communem originem, indolemque ſimilem, formam ſolummodo diverſam, agnoſcamus: Quod neutiquam tam plane, tam evidenter incurret in oculos, ſi unamquamque vocem ſuo loco conſideremus, disjectam ſejunctamque. Spectemus, quæſo, numeroſam hanc prolem, eodem patre, eâdem matre natam.

— — *Facies non omnibus una eſt,*
Nec diverſa tamen, qualem decet eſſe ſororum.

Si hanc, ſi illam ex iſtis ſororibus ſeorſum videris, conformatio lineamentorum, non prorſus quidem diverſa aut diſſimilis, variata tamen, te fugiet, communisque ſtirpis ſobolem eſſe non intelliges: Easdem in unum locum conjungas, & ſub uno oculorum obtutu colloces; mox eandem familiam agnoſces, & arctiſſimo ſanguinis atque agnationis vinculo illas ſeſe contingere, nullus dubitabis: Quæ vero ſit iſta ſimilitudo, qui ſuppar inter cunctas lineamentorum ductus, quæ in illis nativa ejusdem gentis nota reperiatur, nemo facile dicat, niſi qui, pingendi artem edoctus, in dijudicando vultu ſupra vulgus ſapiat. — Pariter, qui ſingulas ſeorſum voces, ſingula conſiderat verba, ſingulorumque ſeorſum, more veterum Grammaticorum, quærit originem, non illo, qui Philoſophum decet, modo præſcriptam ante regulam ſollicite ſecutus, facile conjecturis indulgebit, in devia decidet, tandemque prorſus a vero diſcedet. Qui contra disciplinæ noſtræ Etymologicæ, in forman Artis redactæ, peritus eſt, ſi is tali, qualem deſcripſi, ratione procedat, ut a primâ, eâdemque ſimpliciſſimâ, origine & poteſtate, non arbitrio aut conjecturâ ductus,

ſed

ſed ſecundum normam prius deſignatam ac præfinitam, pergat ad remotiores formas ac ſignificationes; — ut ſingulos, in quos late læteque ſuccrescens hæc arbor ſe diffundit, ramos & folia identidem percurrat, quomodo & illi & hæc cum trunco cohæreant, & per quas intelligendi vias aut cogitandi ambages a primo fonte ad longinquam ac diſſitam valde ſignificandi ditionem manaverint, demonſtraturus; — denique, ut nihil adfirmet, quod auctoritate evidentis *Analogiæ* non nitatur; — ſi igitur Etymologus, quem mihi volo, iſto pacto Artem ſuam exerceat; & aliis adſenſum, etiam invitiſſimis, extorquebit, & in vero inveniundo, quod ſolum bonae mentis præmium eſt, non niſi perraro aberrabit. Idcirco, ut paucis abſolvam, " quando „ *Ars* eſt, quæ *cognitis penitusque perſpectis* „ *& in unum exitum ſpectantibus* & nunquam fallentibus rebus (*) continetur," hoc deſidero, ut Etymologia Linguæ Græcæ in *Artis formam* redigatur. Id quamvis „ non niſi multorum operâ, per centum an„ nos combinatâ, perfici poſſe," exiſtimaret

VALC-

(*) Cic. *de Orat.* I. 20.

VALCKENAERIUS (*), optabat tamen (†), „ ut eo perduci magnus posset Hemsterhu„ sius, atque adeo ut quæ super hoc studio„ rum genere, quadraginta annorum labore, „ in privatos usus collegerat, cum publico „ communicare dignaretur:" Sed, quod *juvenis* ab Hemsterhusio *optabat* magis quam *sperabat*; quod vero ipse, Hemsterhusio haud minor, præstare *vir* potuerat, non præstitit tamen (§); aut potius non perfecit: Vere enim dixit, *se semitam duxisse*, aut (quæ illius erga Præceptores erat pietas & modestia) " *semitam*, ab Hemsterhusio & Alb. „ Schultensio monstratam, sese nonnihil di„ latasse, quæ *semita* postea *via* esset facien„ da." — *Viam* autem (ut phrasi Valckenaerianâ utar) de *semitâ* faciet quicunque *Observationibus*, a Viro Magno traditis, reliquas addiderit; quæ, tanquam totidem *Definitiones* & *Axiomata*, Geometrico more, universæ Arti pro tam latis erunt tamque solidis fundamentis, ut nulla prorsus totius ædificationis pars

(*) *Obs. ad Origin. Græcas*, pag. 6.

(†) *Ibid.* pag 5.

(§) Conferri meretur WYTTENBACHII, Viri Clar. *Biblioth. Crit.* Vol. III. Parte 2. pag. 125.

pars monſtrari queat, quæ unâ aut alterâ *Obſervatione*, ante expoſitâ & demonſtratâ, non innitatur: "Nam, ut aiebat Valckenaerius, ad „ hanc rem rite ordineque perficiendam, *ali-* „ *quot centenæ Obſervationes* requirerentur:" Atque harum quidem *Obſervationum* nulla omnino tradenda eſt, cujus veritas ipſâ *Analogiâ*, i. e. copiâ exemplorum, in quibus eadem plane obtineat ratio, non demonſtretur.

Cum autem illæ *Obſervationes* ſeu *Regulæ*, quæ univerſo ædificio pro fundamentis eſſe debeant, *triplicis* ſint ſpeciei; *prima*, quæ certe numeroſior eſt, omnibus ſatis eſt obvia; *duæ aliæ* minus ſunt cognitæ, minus ſaltem in cenſum relatæ. *Prima* nimirum ſpecies *formam* Linguæ ſpectat *externam*, quatenus in flectendis, augendis, producendis, contrahendis verbis ac vocibus verſatur; eſtque igitur *pars* Linguæ atque Etymologiæ *Grammatica*. *Altera* ſpecies *indolem* illius definit ſive *naturam internam* in adſignandis, transferendis, propagandis ſignificationibus, poteſtque adeo dici *pars* Linguæ atque Etymologiæ *Philoſophica*. *Tertia* denique ſpecies poteſtatem & uſum verborum, vocum, ac locutionum repetit ex moribus, conſuetudine, & opinio-

ne Veterum in rebus tam *physicis* quam *ethicis*, tam sacris quam profanis, tam publicis quam privatis; estque mihi quidem *pars* disciplinæ Etymologicæ *Antiquaria*. Credi autem vix potest, quam parum in *secundâ* illâ parte acute viderint Veteres, quam leviter sæpius eam tractaverint Recentiores: Sed *tertia* (vere dicam & sine arrogantiâ) incognita fere est aut tam negligenter adhibita, quam sunt admodum pauci, qui Archæologiam Græcam, *Civilem* præsertim, severâ lege colunt. Exemplis res clarior fiet: Et, quando quidem verba trilitera primitiva, ἄλω & μόω, hanc nobis disputandi ansam præbuerunt, sensim eo delapsus sum, Vir amicissime, ut constituerim brevi Specimine ostendere, quæ mea in universum sit ratio in rebus Etymologicis, quæ mens, quæ in Linguis enucleate considerandis, aut ad prima usque elementa perscrutandis, moderatè circumscripta Philosophia. Tu, Clarissime VOORDA, operam, in qua utilitatis nonnihil, gloriæ parum, idonei reperient Literarum nostrarum arbitri, æqui boni consulas, me (uti facis) ama, & vale!

Scribebam LUGD. B. *ipsis Kalendis Majis, anni Æræ Christianæ* 1797.

* * *

LEC-

LECTURO S.

IOANNES LUZAC.

Conſtitueram de verbis primitivis ΑΙ'Ω & ΜΥ'Ω *Specimen Etymologicum* Valckenaeriano Libello adjungere. Quum autem, creſcente, uti fit, ſub manibus, dum elaboratur, materià, diſputatio, quam, exempli cauſſâ propoſitam, brevem fore ſperaveram, ſenſim ſenſimque in integrum Opuſculum exiret, accidit interea, ut, poſt multa mea meorumque adverſa, Filium natu mihi maximum, optimum adoleſcentem, in quo appropinquantis jam ſenectutis ſpem repoſueram, inopinata mors raperet. Acerbiſſimo caſu, quem, dum vivam, lugebo, animi conſtantia, quam nulla unquam improbiſſimorum hominum erga me maleficia labefactare, nedum convellere, potuerant, ita fracta fuit & penitus adflicta, ut, per plures menſes ſtudiis impar, ſuſceptum laborem conſum-

 mare

mare nequiverim. Igitur consilium cepi *Specimen* istud *Etymologicum*, junctis fortasse aliis nonnullis meis, seorsum edendi, ut ne hasce delicias Callimachéas Tibi diutius invideam, simul ac per animi corporisque vires licebit, editâ *Dissertatione Etymologicâ* fidem liberaturus.

Unum præterea est, quod Te velim. — Post scriptam ad BAVIUM VOORDA, Virum Clarissimum, Epistolam, incidi in locum HELLADII, quo illa, quæ de Senario Xenarchéo (pag. 10. seqq.) disputavi, aut confirmari, aut potius amplianda, forte videantur. HELLADII in *Chrestomathiâ* (pag. 4. ed. Meurs.) hæc sunt verba. Ὅτι ὁ στίχος ὁ καὶ παροιμιαζόμενος· Ὅρκους ἐγὼ γυναικὸς εἰς ὕδωρ γράφω, ἐστὶ μὲν Σοφοκλέους, τοῦτον δὲ παρῳδήσας ὁ Φιλωνίδης ἔφη· Ὅρκους δὲ μοιχῶν εἰς τέφραν γράφω. Οἱ δὲ τὰς γυναῖκας σκώπτοντες φασὶν. Ὅρκους ἐγὼ γυναικῶν εἰς οἶκτον γράφω. Dubium itaque nullum est, quin primus Jambici Senarii, qui proverbialis deinde factus est, auctor Sophocles fuerit. Illius & alii sunt in jusjurandum muliebre joci, qui μισογύνην Euripidem haud dedecuissent; e. gr. apud STOBÆUM *in Florilegio* Tit. XXVIII. pag. 123.

Ὅρ-

"Ορκοισι γάρ τοι καὶ γυνὴ φεύγει πικρὰν
'Ωδῖνα παίδων· ἀλλ' ἐπὰν λήξῃ κακοῦ,
'Εν τοῖσιν αὐτοῖς δικτύοις ἁλίσκεται,
Πρὸς τοῦ παρόντος ἱμέρου νικωμένη.

Porro ex eodem loco patet, verſum proverbialem varie fuiſſe effictum mutatumque, ut ad præſentem materiam accommodaretur; & Philonidem quidem Comicum dixiſſe,

"Ορκους δὲ μοιχῶν εἰς τέφραν ἐγὼ γράφω.

Sic enim trimetrum explendum eſſe, jam vidit BRUNCKIUS Vir. Clar. *Fragm. Sophocl.* pag. 39. cujus eruditam ſagacitatem pariter haud effugit ex Athenæo emendandum Helladium, legendumque:

"Ορκους ἐγὼ γυναικῶν εἰς οἶνον γράφω.

Qui autem ab Ariſtophane *eruditum pulverem* λεπτὴν quoque τέφραν dictum meminerit, is forſitan in Philonidæ Senario confirmationem meæ conjecturae reperire ſibi videatur. At vero XENARCHUS *in Pentathlo* mulierum *temulentiam* riſit, quo & pertinet Fragmentum, quod paulo ante habet idem ATHENÆUS pag. 440. E.

—— 'Εμοὶ γένοιτο σοῦ ζώσης, τέκνον,
'Ελεύθερον πιοῦσαν οἶνον ἀποθανεῖν.

Tum

Tum præterea Athenæus, de *vinosis* agens, utrumque Xenarchi locum in medium attulit. Idcirco, quamquam recte se habent disputata de eo, quod absurdum sit, si quis *in vino scribat*, existimo tamen secundis curis, ipsum illud *absurdum* ad vim Comicam dicterii Xenarchéi pertinuisse, etiamsi Horatius inter *Plautinos sales* tale dictum forte retulisset. Cæterum apparet, Catullo Senarium Sophoclis proverbialem, potius quam Xenarchéum, fuisse obversatum.

Scribebam LEIDÆ *Nonis Januariis* 1799.

DE ELEGIS CALLIMACHI EXAMINANTUR TESTIMONIA.

PROPERTIUS,

III Eleg. I, 1.

Callimachi manes, & *Coï* ſcripta *Philetae*,
In veſtrum, quaeſo, me ſinite ire nemus:
Dicite, quo pariter carmen tenuaſtis in antro;
Quove pede ingreſſi, quâ*ve bibiſtis aquam.*

Iſta ſic mihi jungenda videntur: his medium quod vulgari ſolet diſtichon, eſt illud quidem, ut arbitror, *Propertii*; ſed aliter ab illo ſcriptum, neque hac in ſede; quomodo enim aut *Propertius* aut alius iſtius aevi Poëta dici potuit — *Primus*

Itala per Graios orgia ferre choros?
Ex Heliconis vertice veniens Romanus Muſarum ſacerdos dici potius debuit:

Graia per Italicos orgia ferre choros.

Rarius iſtud κτητικὸν ab ipſo tamen adhibetur *Ovidio* Met. XV. v. 9,

Graia quis Italicis auctor poſuiſſet in oris Moenia.

Suspicor, verſuum in hac Elegia nunc tertium,

Primus ego ingredior puro de fonte ſacerdos,

initium olim alterius Elegiae fuiſſe; cuius iſtud tantum diſtichon ab illo legi potuerit in membranis, carmina *Propertii* lacera complexis, atque in cella vinaria repertis, qui primus, ex membranis iſtis, madore partim & ſitu vitiatis, carmina nobis inter elegos veteres omnium elegantiſſima *Propertii* deſcripſit. —

Haec ſi ſunt, ut eſſe videntur, vera, medium inter duo diſtichon ſeparatim ſic collocari poterit:

Primus ego ingredior puro de fonte ſacerdos,
Graia per Italicos orgia ferre choros.

De ſolo autem Elegiaco carmine eſt accipiendum: nam *Horatius* Lyricum carmen, ex Aeolicis *Sapphus*, *Alcaei*, atque aliorum expreſſum, primus Romae cecinit: Libri III. Carm. haec ſunt paene ultima:

Dicar
Princeps Aeolium carmen ad Italos
Deduxiſſe modos: ſumo *ſuperbiam*
Quaeſitam meritis.

Sumo

Sumo hoc in loco, & v. seq. Tu *mihi D.* corrigebat *T.* noster *Hemsterhusius.* In primo *Propertii* versu, per omnes Edd. repetita,

Coï sacra Philetae

quid sint, nemo nobis tradidit, aut videtur traditurus; sed novimus omnes quid sint

Coï scripta Philetae.

Qui iam saepe viderunt vocem *scripta* sic compendio contractam in *scra*, mirabuntur, tam facilem sibi non in mentem venisse lectionem, quam ipsius esse fatebuntur *Propertii*, cuius esse norunt & ista (ex L. II, Eleg. II, 31. Eleg. XXV, 87.)

Et sua quum antiquae committit scripta *Corinnae.*
Haec quoque lascivi cantarunt scripta *Catulli*,
Lesbia queis ipsâ notior est Helenâ.
Haec etiam docti confessa est pagina Calvi.

[Ad ultima comparari poterunt ex epigrammate *Posidippi* apud *Athen.* XIII. p. 596. D.

Σαπφῷαι —— φθεγγόμεναι σελίδες
Οὔνομα σὸν μακαριστόν.]

Scribendum etiam arbitror in altero disticho:

Dicite, quo pariter carmen tenuastis in antro;
Quove pede ingressi, quàve bibistis aquam.

quod a primis Editoribus in nonnullis inventum videtur apographis: neque enim scribi potuit, ut equidem iudico,

Dicite, —— *quam bibistis aquam;*
aut, —— —— *quâ bibistis aquâ;*

bibiſſe noverat utrumque e puro fonte Caſtalio: ſcripſerit itaque more ſuo,

—— *quâve bibiſtis aquam.*

Eſt illud Graecorum ᾗ, vel ἧπερ, ſaepe ſupplendum per μερίδι, vel χώρᾳ, vel ὁδῷ, reſtituendum *Empedocli Clementis Alex.* Strom. V. p. 694. in fine, *Euripidi* in Medea v. 365. & alibi. — *Quâ*, id eſt, qua parte fontis, in antrum ſacri nemoris per rivulum decidentis, biberitis: atque ita loquitur ubique praeter alios *Propertius.* [I. El. VI, 31. XI, 2. II, XIII, 46. XV, 24. III El. II, 3, 26.]

—— *mollis quâ tendit Ionia, ſeu quâ*
Lydia Pactoli tinguit arata liquor.
Quâ iacet Herculeis ſemita litoribus,
Quâ formoſa ſuo Clitumnus flumina luco Integit.
Bellerophontëi quà fluit humor equi.

Bibiſſe autem *Propertium*, qui ad eundem fontis in antro rivum paullo tamen ſtabat inferior, quam ſteterant *Callimachus* & *Philetas*, ſic ut decurrentem ab ipſorum velut ore ſacrum liquorem biberit, ipſo teſte, dubio vacat: in ſequente mox Elegia, *Viſus*, inquit, *eram*,

Viſus eram molli recubans Heliconis in umbra,
Bellerophontëi quâ fluit humor equi.

vſ. 38,

E quarum numero me contigit una Sororum;
Vt reor a facie, Calliopea fuit.

Vltimum Elegiae hoc eſt diſtichon:

Ta-

Talia Calliope; lymphisque a fonte petitis
Ora Philetea nostra rigavit aqua.

PROPERTIVS,

III Eleg. VII, 43.

Inter Callimachi sat erit placuisse libellos,
Et cecinisse modis, pure *Poëta*, *tuis.*

Ex membrana veteri primitus publicatum, *dure Poëta*, *Callimacho*, atque adeo etiam *Propertio*, prorsus erat indignum: ab ista voce nimis longe recedit, quod Amicus nollem vulgasset, *Coë Poëta:* nam quae tandem erat causa, cur *Philetae* hic pariter cum *Callimacho* faceret mentionem? una duntaxat litera fuit a *Scriverio* mutata, legente *Dore poëta:* hoc *Broukhusius* arripuit: sed *dure* mutari debebat in *pure;* quod probarunt, ingenia capitalia, sic scriptum locum proferentes, *Scaliger* & *Bentlejus;* cum his legamus in posterum:

Et cecinisse modis, pure *Poëta, tuis.*

Puri sermonis erat amator, *Caesare* iudice, *Terentius:* in elegis *Callimachi* nihil erat tumidi, nihil inflati: testis est ipse de se, sed idoneus:

Μηδ' ἀπ' ἐμεῦ διφᾶτε μέγα ψοφέουσαν ἀοιδήν.

Cyrenaei vatis elegos, ut cum *Homero* loquar,

Παρθένος ἠΐθεός τ' ὀαρίζετον ἀλλήλοιιν.

Noſtro diſticho hoc proximum ſuccedit *Propertii* votum, voce cum *Burmanno* tranſpoſita legendum,

Haec curent pueri, curent haec ſcripta puellae,
Meque Deum clament, & mihi ſacra ferant.

Heroï carminis opus tangere conatum ipſe Apollo, qui forte viderat os admoventem ſacro fonti, qua parte biberat Annalium Romanorum conditor *Ennius*, ſapienter ab incoepto retraxit, hac admonitione (III El. II, 17,)

Non hinc ulla tibi ſperanda eſt fama, Properti,
Mollia ſunt parvis prata terenda rotis:
Vt tuus in ſcamno iactetur ſaepe libellus,
Quem legat exſpectans ſola puella virum.

dixerat de ſuo poëmatum libello illud ipſum *Strato*: Εὐτυχὲς (οὐ φθονέω) βιβλίδιον — *Parve (nec invideo,) liber,*

Πολλάκι φοιτήσεις ὑποκόλπιον, ἢ, παρὰ δίφροις
Βληθὲν, τολμήσεις κεῖνα θίγειν ἀφόβως.

in epigr. L. inter illa quae nobis edidit *Brunckius*, inexſpectatum illud hac aetate elegantiis Atticis inſtaurandis & cothurno Sophocléo lumen, Argentorati ſuae Galliaeque adeo ornamentum: ſed in iſtis *Stratonis* ſcribi non debuit, παρὰ δίφροις βληθὲν· quod vereor ut Graecum ſit; ſed

—— παρὰ δίφροις — βληθὲν·

id eſt παραβληθὲν δίφροις. *In ſcamno iactari*, eſt paene *ſcamno obiici:* parum diſtat forma loquendi θεῖναι

παρά·

παραβληθῆναι. iam olim vere emendabam *Athenaeum* III. p. 84. E. κατεδίκασέ τινας γεύεσθαι θηρίων βορὰν, κακούργους εὑρεθέντας· καὶ ἔδει αὐτοὺς ἀποσίτοις ζώοις παραβληθῆναι. male distracta, quae per Edd. vitiata vulgantur, ἅπασι τοῖς ζώοις, sic unius literae mutatione sanabam: *ieiuni* non tantum, sed dierum aliquot *abstinentia cruciati* dicuntur ἀπόσιτοι, apud *Athen.* VI. p. 247. E. *Plutarch.* T. II. p. 635. C. p. 687. D. *Heliodorum* L. VIII. p. 378, 36. &c. —— in *Polyaeni* VIII, C. 46, tyrannus Critonis Corinthii filios ante ora parentum παρέβαλε θηρίοις πεινῶσι. θηρσὶν ἀγρίοις (*fame efferatis*) παραδοθεὶς est in *S. Ignatii* Martyrio p. 160, 6. apud *Iustinum* L. XLV, C. 4, ex filiae stupro natum infantem crudelis avus —— *canibus primo ieiunis, & multorum dierum abstinentia cruciatis, mox etiam suibus obiecit.*

P R O P E R T I V S,

II Eleg. XXV, 31.

Tu potius Mimnernum *& Musam imitare Philetae,*
Et non inflati somnia Callimachi.

Praeter alios, nuperi nobis Editores vulgarunt:
Tu satius Musis meliorem *imitere Philetam:*
In *Propertio* saepenumero me pudet pigetque ejus amatorum, Elegantissimi *Broukhusii*, *Burman-*

 ni;

*ni*que nostri *Secundi*; qui Poëtae suo castigatissimo ea etiam affingunt, quae in suis sibi poëmatiis esse iudicarent dedecori. Primum in his mos geri debuerat *Ioanni Schradero* sic in Cap. VII. Emendationum scribenti p. 141, " *Optimorum scriptorum consuetudo fert, ut dicatur, satius est imitari* Philetam." Nihil in isthoc opere duraturo, publici reverens & posteritatis, scripsit nostras ille, vir longe Eruditissimus, nisi lenta meditatione saepe retractatum: incertas tamen coniecturas periclitati bene monenti non auscultarunt. Fac in unica, quae reperta fuit, veterrima membrana has tantum literas potuisse legi:

Tu ..tius M.... m...r.m.. imit.re Philet.

hiatus impleri potuerunt a describente:

Tu satius Musis meliorem imitere Philetam.

Nic. Heinsii felix ingenium aptissimum hic detexit *Mimnermi* nomen: *potius* est a *Schradero*. Legamus itaque:

Tu potius Mimnermum, & Musam imitare Philetae,
Et non inflati somnia Callimachi.

Quid vero sunt, obsecro, *somnia Callimachi?* an, quod viri credidere primarii, his designantur Αἴτια *Callimachi?* sed αἴτια hexametris, non versu Elegiaco, scripta, poëma dabant in historia veteri & in originibus civitatum perdocti Grammatici, saepe tenebricosum; quod idcirco *Clemens Alex.* Strom. V. p. 571. cum ipsius Ibide, *Euphorionis* carminibus, Alexandra comparans *Lycophronis*, crucem vo-

vocat Grammaticorum. Elegiaca contra *Callimachi*, puro ſermone ſcripta ſeculi Ptolemaïci, a pueris etiam & virginibus absque interprete facile intelligebantur. In *αἴτια*, commodum accidit ut in libris etiam noſtris memorentur commentatores *Epaphroditus* & *Theon*; ille quidem apud *Stephanum Byz.* in Δωδώνη· *Theon* bis in *Etymologico M.* ἐν ὑπομνήματι τοῦ α' & τοῦ β' Αἰτίου Καλλιμάχου· p. 160, 32. p. 207, 47. & quia haec in *αἴτια Callimachi* legit atque excerpſit Grammaticus iſte veterum Scholia, multos apud *Etymologum* detexi verſus hexametros, absque auctorum nomine lectos in Edd. quos ego, probabili ductus coniectura, quia nec *Nicandri* ſunt neque *Apollonii*, ex Αἰτίων opere *Callimacheo* ſuspicor derivata. — Αἴτια vero Grammatici & Philoſophi multum ſane ſunt diverſa. Pythagoras ex. gr. (*Ovidii* Met. XV, 67.)

—— magni primordia mundi,
Et rerum cauſſas, & quid natura, docebat;
Quid Deus; unde nives; quae fulminis eſſet origo;
Iuppiter, an venti, discuſſa nube, tonarent;
Quid quateret terras; qua ſidera lege mearent;
Et quodcunque latet.

Haec & horum ſimilia carmine poſſe tradi, praeter Graecos Phyſicos veteres, ſatis ſunt documento *Lucretius* & *Manilius*. — Cuius fuerint generis Αἴτια *Callimachi*, illinc enarrata ſatis oſtendunt: verſu ſcriptum poëma heroico fuiſſe monſtrant apud *Etymologum* in Ἄστυρον lecta:

Ἡ μὲν, ἀεϱπάζουσα μέγα τρύφος, ὑψίζωνος
Ἄσυρον εἰσανέβαινε.

& in voce Δανάκης,

Τοὔνεκα καὶ νέκυες πορθμήϊον οὔτι φέρονται
Μούνῃ ἐνὶ πτολίων, ὅγε τέθμιον οἵσεμεν ἄλλους
Ἐν στομάτεσσι, νεὼς Ἀχεροντείας ἐπίβαθρον,
Δανάκην.

nam, cur illud fragmentum Hecales esse censeret, quod modeste dictum sit, *T. H.* causae nihil, opinor, habebat: illinc etiam sumptum arbitror, quod est ex *Schol. Nicandri* inter *Bentlejana* CXXXIX,

Καὶ τελτάτη Περσῆος ἐπώνυμος, ἧς ὀρόδαμνον
Αἰγύπτῳ κατέπηξε.

Mitto nunc sine nomine lectos versus, quos ex αἰτίοις esse puto *Callimachi*; quod mihi Poëma *Propertio* saepe videtur obversatum libro IV. Carminum Eleg. I. II. IV. VI. VIII. IX. Decimae hoc est initium:

Nunc Iovis incipiam causas (αἴτια) *aperire Feretri;*
Armaque de ducibus trina recepta tribus.
Magnum iter adscendo; sed dat mihi gloria vires;
Non iuvat ex facili lecta corona iugo.

Αἰτίων etiam opus, felicissimum Graecorum imitatorem, *Ovidium* suspicor in Fastis, velut exemplar, saepius expressisse. ——

Sed quae tandem ratio viros eruditissimos impulit, ut αἴτια Callimachi *Somnia* dici posse putarent a *Propertio*. —— A veritate parum absuit *P. Burmannus Secundus*, qui in fine adnotationis nimis diu protractae, " forsan, inquit, Callima-
" chus,

„ chus, in [αἰτίοις, vel] Elegis amatoriis, ſomnia „ poëticis coloribus deducta ſcripſerat, ad quae re„ ſpiciat *Propertius.*" Duas voces, uncinis a me incluſas, ſi omiſiſſet, vera, me iudice, ſcripſiſſet vir optimus mihique ſemper, dum nobiſcum fuit, amicus.

—— *Non inflati ſomnia Callimachi*

erant Elegiaca; qualia *Propertii*, III El. II,

Viſus eram molli recubans Heliconis in umbra, &c.

L. IV El. VII,

Cynthia namque meo viſa eſt incumbere fulcro,
Cum mihi ſomnus ab exſequiis penderet amaris &c.

Quem hac Elegia (XXV L. II.) *Propertius* ut amicum perfidum ſub nomine ficto inſectatur, quemque *ſerum* amatorem laetabatur tamen Veneri tandem ſacra facientem Venerisque filiolo, Lynceus ante, cum ſevera eſſet adhuc vita, αἴτια legerat Philoſophorum: v. 27,

Quid tua Socraticis tibi nunc ſapientia libris
Proderit; aut rerum dicere poſſe vias?
Aut quid Lucreti tibi proſunt Carmina lecta?
Nil iuvat in magno veſter amore Senex.

Nunc tandem aegro medicamina ſoli dare poterant Ἐρωτικὰ cantantes Poëtae, *Mimnermus*, *Philetas*, & *Callimachus*, vel his longo tamen intervallo proximi, in amatoriis ſomniis, quibus ſuas quisque ſibi viſus fuerat habere delicias:

Tu potius Mimnermum, & Muſam imitare Philetae,
Et non inflati ſomnia Callimachi.

Eſt in eadem Elegia (XXV, L. II,) viva vehemen-

mentis amoris imagine, locus a *Propertio* expressus ex Epitaphio, quod *Bioni* praeceptori cecinit & amico *Moschus:* v. 9, *Lynceu*, ait,

Lynceu, tune meam potuisti tangere curam?
Perfide, nonne tuae tunc cecidere manus?

In isto *Moschi* carmine III legitur v. 116.

Φάρμακον ἦλθε, Βίων, ποτὶ σὸν στόμα, φάρμακον εἶδες·
Πῶς τευ τοῖς χείλεσσι ποτέδραμε, κοὐκ ἐγλυκάνθη;

certe, nisi & in his fallor, recordabatur horum *Moschi*, qua Elegia mortem deflet *Ovidius Tibulli*, III Amor. Eleg. IX, 41.

Tene, sacer vates, flammae rapuere rogales;
Pectoribus pasci nec timuere tuis?

Quod paulo ante dicebam, gavisum tamen *Propertium* idcirco, quod severus ille Lynceus, sive Ponticus, (cuius utinam legi posset a nobis *Thebaïs*,) coactus esset tandem Venerem & Cupidinem suos nunc precibus Deos adire, quos habuerat ante Socratis & *Epicuri* discipulo minus dignos, illud, inquam, nititur eiusdem Elegiae *Propertianae* (XXV, L. II) v. 25.

Lynceus ipse meos serus *insanit amores;*
Solum te nostros laetor adire Deos.

hoc, etiam in nullo Codice lectum, a Criticis debuerat, a Poëtis saltem, probari, pro vulgatis, *meus seros ins. amores:* in his — *rus ins* absque longiore mora ne legi quidem potest: quid vero syllabam producit nisi mora, quae unum velut temporis momentum duplicat? cur ultima in versu heroico, elegia-

giaco, iambico, trochaico, imo in plerisque omnibus versuum generibus semper est, & per naturam suam, longa? quia in fine versuum semper nonnihil ante haeremus, quam sequentem legere incipiamus: haec est excellentis Theologi *Sam. Clarkii* Patris minime vulgaris in *Homerum* observatio.

O V I D I V S,

Amor. I, Eleg. XV, 13,

Vivet Maeonides, Tenedos dum stabit & Ide.
——— ———
Vivet & Ascraeus; ———
——— ———
Nulla Sophocleo veniet iactura cothurno;
Cum Sole & Luna semper Aratus erit.
Battiades semper toto cantabitur orbe.

Non a conditore Cyrenes, sed ab ipso patre fuit *Battiades* dictus; nam *Battum*, [virum bello clarum,] patrem habuisse, matrem *Mesatmen*, novimus e *Suida*. — Matrem suspicor ad filium invisendum Alexandriam venisse; domum navi revehendam Poëtam voto fuisse prosequutum, quod, ex Elegia verisimiliter in honorem carissimae sibi ma-

matronarum scripta, *Scholia* nobis servarunt in *Apollon. Rhod.* (fragm. est inter *Bentleiana* CXXVI,)

Δεσποίναι Λιβύης, Ἡρωΐδες ——

—— ——

Μητέρα μοι ζώουσαν ὀφέλλετε ——

In isto fragmento, qui toties illud descripserunt, Editores eruditissimi turpe tamen vitium reliquerunt ὀφέλλετε, pro ὀφείλετε· prius significaret, *augete*; quod hinc alienum est: ὀφείλετε, ex usu etiam *Callimachi*, significat *debetis*. *Horatii* memor *Anna Fabri*, quae in *Callimacho* tractando mulier viros, unum alterumque editorum, longe superavit, & in eleganti Praefatione populares suos mordet eruditulos, ab ipsis, feminarum reverentibus, non remordenda, (quod ne vel a *la Mottano Dacieriae* evenit epitheta quaedam Homerica ridente,) *Anna*, inquam, *Fabri*, optime verbi sensum expressit: *vous me devez rendre ma mere*: hoc iuvenem se legere senex, quid mirum? non recordabatur *Hemsterhusius*. — Pie autem metuens *Callimachus*, ne in syrtes Libycas, sive in cumulos arenaceos, tempestate iactata navis prope portum Cyrenaïcum impingeret, quae sibi creditam Poëtae vivam matrem debebat, Nymphas orat Libystidas, ut navem, atque adeo matrem, navi creditam, servent incolumem. Vel *Catullo* teste Carm. VII, 3,

magnus numerus Libyssae arenae
Laserpisiferis iacet Cyrenis,

Ora

Oraclum Iovis inter aestuosi
Et Batti veteris sacrum sepulcrum.

Patrem Battum, ut virum qui in commodum patriae militaverat, avum laudat *Callimachum*, & semet ipse in Epigramm. XXII. Epigramma XXXVII, ultimum inter *Brunckiana* in Analect. Gr. I. p. 475, sibimet vivus scripsisse (quod & Romae postea fecit pater *Ennius: Cicero* Tusc. I. C. XLIX, &c.) videtur, sepulcro incidendum: leve illic vitium, a se quoque relictum, quo candore *Brunckius* est, vir mihi amicissimus, mox, sat scio, confitebitur; neque adeo recusabit in posterum mecum legere:

Βαττιάδεω παρὰ σῆμα φέρεις πόδας, εὖ μὲν ἀοιδὴν
Εἰδότος, ἐν δ' οἴνῳ καίρια συγγελάσαι.

ab omnibus vulgatum fuit, εὖ δ' οἴνῳ —. *inter pocula* quae fierent, vel dicerentur, fieri dicuntur παρ' οἴνῳ· ἐπὶ τοῦ ποτηρίου· vel ἐν οἴνῳ. *Sophoclem* (ingenium *Callimacho* fuit in multis *Sophoclei* simile) *Ion Chius*, cuius fuerat usus hospitio, ἄνδρα dixit παιδιώδη παρ' οἴνῳ, καὶ δεξιόν, apud *Athen.* XIII. p. 603. F. apud *Lucian.* III. p. 502. *Aeschylum Callisthenes* dixit τὰς τραγῳδίας ἐν οἴνῳ γράφειν· τὰς ἐν οἴνῳ καὶ παιδιᾷ φωνὰς dixit *Plutarch.* I. p. 612. B. παρ' οἴνῳ ipsius est *Sophoclis* Oed. T. v. 790.

OVIDIVS,

III Artis Am. praecepta dans puellis, v. 329,

Disce etiam duplici genialia nablia *palma*
Verrere; conveniunt dulcibus illa iocis.
Sit tibi Callimachi, ſit Coï nota Poëtae,
Sit quoque vinoſi Teïa Muſa ſenis,
Nota ſit & Sappho.

Vt *Sapphus*, atque *Anacreontis*, cantari poterant etiam ad citharam *Callimachi* & *Philetae* Carmina: poterant etiam, citharae nervos verrentes, aut plectro pulſantes, digiti cum cantante puella velut loqui: Quae *Iac. Perizonius*, non ſine erroribus ſcripta, congeſſerat, in *Aeliani* V. H. III, C. XXXIV, forte lecta *Burmannum* patruum retraxiſſent ab iſtis in *Ovidiana* ſcribendis: *ego fateor, me non ſatis haec intelligere:* non miramur tamen hac & patrum aetate doctos ſic ſcribentes Literatores, qualia certe non excidiſſent in talibus *Scaligero*, *Caſaubono*, ceterisve iſtius aevi viris literatis: his notiſſima vox erat Palaeſtina נבלא νάϐλα, in hiſtoria Hebraica *Salomonis* ſcripta נבל; de qua *Iſ. Caſaubonus* iam paucis egit ad *Strabon*. X. p. 723. hic vero nollem Animadv. in *Athen*. IV. p. 253. de voce νάϐλον co-

cogitaſſet apud Comicum reſtituenda; nam verſum ibi peſſumdat, atque illinc eſt aliena; ſicut oſtendit, inter eruditos Theologos, humanarum literarum peritiſſ. *Thom. Gataker*. A. M. P. *c*. XXVI. p. 713. — de voce Orientali plenius egit & cum cura *Sam. Bochartus* Geogr. Sacrae P. II. L. II. C. VII. quod vero vulgato apud *Ovidium* verbo (perdoctum virum, ſed non ſane κϱιτικώτατον, viciata millies deceperunt,) nixus, *Bochartus*, *inter pulſandum*, dicit, *vertebatur utraque manu*; minus cogitate ſcriptum eſt: ubi Auctor brevis hiſtoriae *Salomonis* prima vice νάϐλας memorat & κινύϱας, quas ille ex ligno pretioſiſſimo, quod nondum dedolatum (ξύλα ἀπελέκητα omnino illic ſervanda ſunt: eſſe debebant ligna ἄγλυφα, vel ἄξεϛα, ſive ὕπω εἰϱγασμένα quae voci *Sophoclis* ἀσκέπαϱνον, ut & ἀπελέκητον, inſerviunt interpretandae in *Schol.* in Oed. in Col. v. 101. hinc ap. *Suidam*,) ex intimo Oriente miſſum acceperat, aulae ſuae templique cantoribus fieri iuſſerit, III Reg. X, 12. Φασὶν, inquit *Procopius*, τὴν μὲν Νάϐλαν δακτύλοις, τὴν δὲ Κινύϱαν ἀνακρύεσθαι πλήκτρῳ· ad quae intelligenda prodeſſe poterunt *Perizonii* in *Aelianum* obſervata. — Per Phoenices ſive Palaeſtinos mercatores una cum inſtrumento Muſico tranſlatam vocem, e Graecis qui ſuperſunt Scriptoribus, primus adhibuit *Sophocles* hoc verſu, quem nobis *Plutarchus*, unus omnium quos ego quidem noverim, conſervavit T. II. p. 394. B.

Οὐ Νάϐλα κωκυτοῖσιν, οὐ λύϱα φίλη·

genialia nablia vocans atque ista scribens *Ovidius*,

— *conveniunt dulcibus illa iocis*;

Sophoclea videri poterit spectasse: hariolor tamen *Ovidium* in his etiam ante oculos habuisse versus *Callimachi*, qui vocem invenerit in sacris Iudaeorum Alexandrinorum libellis, quos a Bibliothecae Regiae custode *Callimacho* hic illic lectos non unam ob rationem mihi dudum persuasi: — Sidoniam esse vocem *Sopater* parodus agnovit, *Athenaeo* teste, IV. p. 175. C.

— οὔτε τοῦ Σιδωνίου

(Λ) Λαρυγγόφωνος ἐκκεχόρδωται τύπος.

vulgata, οὔτε τοῦ Σιδωνίου νάβλα, ne *Casaubonum* quidem, nedum metri prorsus ignorantem *Bochartum*, offenderant: ut efficerent senarium, vox olim proximis adscripta in marginem erat repellenda: quae leguntur illic paulo post apud *Athen.* eiusdem *Sopatri* verba, Νάβλαν memorantis,

ἐγρέτω δέ τις

Τὸν ἡδονῆς μελῳδὸν διάζων χορόν,

conspirant cum Ovidianis,

conveniunt dulcibus illa iocis.

Vt *Callimachéa* conveniebant, *Philetéa*, *Anacreontis* inprimis, & *Sapphûs* carmina, ad *genialia nablia* blanda voce ab eruditulis combibonibus molliter cantanda.

O V I D I V S,

Remed. Amor. v. 759.

Callimachum fugito; non eſt inimicus Amori:
Et cum Callimacho tu quoque, Coë, noces.

Triſtium L. II, 367.

Nec tibi, Battiade, nocuit, quod ſaepe legenti
Delicias verſu faſſus es ipſe tuas.

Ex Elegiacis *Callimachi* quis tandem veterum nobis Ἐρωτικὰ, & quo nomine conſervaſſet? ſed epigrammata nonnulla ſuperſunt, ex quibus, quod nollem, nimis eſt manifeſtum, paene in hoc etiam poſtremo diſticho, meditata ſemper canentem, *Ovidium* veraciſſimum teſtem. Paulo emendatius, quam in Edd. optimis vulgantur, ex epigrammate XXX duo hic verſus adponam:

Λυσανίη, σύ γε ναίχι καλὸς, καλὸς· ἀλλὰ, πρὶν εἰπεῖν
Τοῦτο σαφῶς, Ἠχὼ φησί τις, ἄλλος ἔχει.

In ultimo verſu, cum Codices offerant τοῦτό, cur, quaeſo, *Bentleji* recepere coniecturam ὧδε; quod ſic ter repetitum uno epigr. poſuiſſe crederemus Poëtarum τὸν δοκοῦντα εἶναι ἀκριβέστατον Καλλίμαχον; ut ſcribit *Porphyrius* in Quaeſt. *Homer.* IV. p. LXXXVI. —

In horum primo, pro σὺ δὲ, quod ferri, me iudice, nequit, usitatissimum requiritur σύ γε· *tu quidem profecto*, σύ γε ναίχι καλός. — Proxima quid sibi velint, partim *Bentlejus* indicavit:

σύ γε, ναίχι καλὸς, καλὸς, ——

antequam amator suum καλὸς, sonora voce repetitum, clare esset eloquutus, Echo quaedam hanc & vicinam, paulo aliter, quam nos solemus, enunciatam, ἔχει ἄλλος, ingeminaverat:

ναίχι καλὸς, ΚΑΛΟΣ· ἀλλὰ πρὶν εἰπεῖν
Τοῦτο σαφῶς, Ἠχώ φησί τις, ἄλλος ἔχει.

Quod autem hinc notandum iudicabat *Bentlejus*, virum magnum vel *MusAE* (Μοῦσαι) docere potuissent Latinae; Graecorumque adeo αι Romae, cum Graeca reciperentur in civitatem, certe postquam illuc venissent Graeculi, pronunciatum ε, *ae*. — Si verum est e *Photii* Lexico nobis enotatum, Ναίχι τούτῳ χρῶνται συνεχῶς· (potuit ab illo scribi τούτῳ χρῶνται οὐ συνεχῶς, vel συχνῶς) oportet in usu huius vocis adnotando fuerim plus solito negligentior, qui iam iuvenis & vir in hoc Linguae formoso corpore minutissima ligamenta, fibrillas ipsas, attentus spectavi. Quinam vero voculam Ναίχι, mea quidem sententia rarissimam, frequenter adhibuerant? Atticos respondisset, opinor, *Photius*. *Hesychius*; Ναίχι, ναὶ, Ἀττικῶς· Ineditum *Photii* Lexicon haec praebet continua:

Ναικηνόρεις. καὶ παρὰ Φερεκράτει, [καὶ] ἐν Ἑρμίππῳ. τοὐναντίον δὲ σημαίνει τῷ ἀληθεύειν.

Ναὶ

Ναὶ τάν. ἔτως ὤμνυον *

Ναίχι. τέτῳ χρῶνται συνεχῶς.

Vltimum legitur etiam in *Callimacheis* Epigr. LVI,

Ναίχι πρὸς αἰγιόχου Γανυμήδεος·

Sed quid sibi vult in excerptis *Photii* barbaricum illud Ναικησήρεις; an vetus Lexicographus scripserat, Ναίχι ἐρεῖς; *dicesne tu ναίχι*; *audebisne formula iurandi rem adseverare?* sed tum idem esset atque ἦ ἀληθῶς; — In his si latet, quod suspicor, Ναίχι, certe non fuit ista forma veteribus valde frequentata; neque enim tum Comoediae veteris Poëtarum *Hermippi* fuisset & *Pherecratis* auctoritate munita; quam ego ne semel quidem arbitror in aliquot millenis me legisse Comicorum Graecorum qui supersunt versibus; nusquam apud Tragicos, aut Oratores antiquos, nusquam in Dialogis Socraticis, sive *Xenophontis*, seu *Platonis*; semel tamen in Hipparcho, qui

* [Hic additum, ὤμνυον apud *Hesych.* supplendum relinquitur in Ναὶ τάν· quod ego nusquam forma hac ellipsios legere me memini; neque etiam Νὴ τὴν, quod habet *Suidas*; cuius verba in Μὰ τὸν descripta sunt e *Schol.* in *Aristoph.* Ran. v. 1421, ubi chorus sic modeste iurat; & a *Scholiaste* dicitur usus ista formula *Plato:* in huius illam Dialogis non inveni; sed ne vulgatissimum quidem in vita quotidiana, hinc in comoediis, νὴ Δία, vel νὴ τὸν Δία, usquam, ut puto, reperietur apud Oratores, aut veteres Historicos, in *Iamblichi* libellis aliquoties occurrens: mirum videri poterit in *Aeliano* de N. A. III, C. XIX, βάσκανον τὸ ζῶον, (ἡ φώκη,) καὶ μὰ τόν. illud minus, quod est in epigr. *Diogenis Laërt.* V. 68. Οὐ μὰ τὸν, οὐδὲ Λύκωνα παρήσομεν·]

qui habetur *Platonis*, legiturque inter eius opera. In iſto Dialogo veteris Socratici perelegante (qualis eſt etiam Axiochus, ab *Aeſchinis* Axiocho, qui nobis periit, multum diverſus, quod ab Editoribus non animadverſum ego minime miror; neuter enim libelli dotes perſpicere potuit:) in fine Hipparchi Ναίχι reperitur, Operum *Platonis* T. II. p. 232. — De hoc Dialogo, Hipparcho, dubitatum iam olim utrum eſſet *Platonis*, nec ne, certo conſtat ex his *Aeliani* V. H. VIII, C. II, εἰ δὴ ὁ Ἵππαρχος Πλάτωνός ἐστι. Tacent illic *Perizonius* ceterique; mihi iam ante hos annos quadraginta certa fuerunt ad manum documenta, quibus iuveni, iſthac aetate venerum *Platonis* ſupra modum amatori, plane conſtaret, — Hipparchum, eruditum quidem opusculum, indignum tamen ingenio *Platonis*; quod vel inſcriptio ſola Dialogi, eiusque initium abruptum, in *Platonis* ſcriptis exercitatum docere poterunt: elegantiſſima autem diſcipuli mendacia, quae facilis ridebat Socrates, qui iucunde legimus, nos certe non reprehendemus. — Ad amores redeo *Callimachi*, ejusque Epigrammata. Quae triceſimum ſequuntur, XXXI. XXXII. XXXIII. XLIV. XLV. XLVI. LVI. de *Callimacho* dictum *Ovidii* prorſus adfirmant:

ſaepe legenti
Delicias verſu faſſus es ipſe tuas.

Ex his epigrammatis unum hic licebit, opinor, paulo tractaſſe penſiculatius, meo quidem

ar-

arbitratu, gravi menda corruptum: Epigr. XXXII,

Θεσσαλικὲ Κλεόνικε τάλαν, τάλαν, ὐ, μὰ τὸν ὀξὺν
Ἥλιον, ὔ σ' ἔγνων· σχέτλιε, πῦ γέγονας;
Οστέα σοι καὶ μῦνον ἔτι τρίχες, ἦ ῥά σε δαίμων
Οὑμὸς ἔχει, χαλεπῇ δ' ἤντεο θευμορίῃ;
Ἔγνων, Εὐξίθεός σε συνήρπασε· καὶ σὺ παρελθὼν
Τὸν καλὸν, ὦ μόχθηρ', ἔβλεπες ἀμφοτέροις.

Primum huc a me referri non posset epigr. si probandus hic esset cum *Ernesto* δαίμων Ὠμός. dubitabat saltem *Anna Fabri*, cui venit illud in mentem: *Bentlejo* mos ab amico potuerat hic etiam geri: perit omnis epigrammati venustas, nisi vulgatas literas servemus:

ἦ ῥά σε δαίμων
Οὑμὸς ἔχει;

an idem ille, qui me, te Deus etiam (tenet, habet) premit? Negare noli; rem omnem novi; te, Cleonice, meus quoque corripuit Euxitheus. — Secundum versum, in quem admisi cum *Brunckio*, Οὔ σ' ἔγνων, *Bentlejus* interpretatur: *non novi equidem; ita prae macie mutatus es: ubi fuisti miser?* — quam ultimis dare cupiebat *Anna F.* sententia erat aptissima; sed *quid tibi tandem evenit?* Graece diceretur τί ἄρα ἐγένε; vel γέγονας; vid. Adnot. in Adoniaz. *Theocriti* v. 51. Vt illic fuit monitum, differunt quidem τίς; & τί ἐστι; sed interdum τίς adhibetur pro ποῖος· neque forsan hoc in versu *Callimachi* displiceret adeo, — σχέτλιε, τίς γέγονας; *Soph.* Trach. v. 311, — τίς ποτ' εἶ νεανίδων; Ἄνανδρος, ἢ τεκοῦσα; Sed illud

illud valde mirabile, quod in hoc Epigr. dici videtur de amante Theſſalico Cleonico, qui macie ſic extabuerat, ut ab amico non agnosceretur, cui ſuper oſſibus una pellis ſupereſſet; mirum, inquam, eſt, comam tamen relictam, ita ut *oſſa & capilli ſoli* dicantur ſupereſſe; ſed iuvenem lectorem ipſa me, non Callimachea, verborum offendebat σύνθεσις,

'Οστέα σοι καὶ μοῦνον ἔτι τρίχες.

Oſſa tibi & tantum adhuc reſtant capilli.

—— An itaque reſtant in arida humo hi flores? neque ſub hiemem defluunt huius arboris comae?

Si moeror animo non alte haereret, aut etiam ſi ſimularetur, comam ſaltem in luctu tondebant: *Ovidii* Sappho Ep. XV, 151,

rami poſitis lugere videntur
Frondibus.

comas arborum novimus, & ſylvas *comatas.*

In re nota iucundum erit harum literarum amatoribus unius mutatione literae correctum legiſſe *Dionis Chryſ.* locum ex Orat. LXIV. p 596. C. Incerti *Comici* verſus, in laudem Athenarum ſcripti, hac primum ratione videntur legendi:

Δέσποινα δ' ἁπασῶν, πότνι' Ἀθηναίων πόλις,
Ὡς δὴ καλόν σου φαίνεται τὸ νεώριον;
Καλὸς δ' ὁ Πειραιεύς.
Ἄλση δέ τίς πω τοιάδ' ἔσχ' ἄλλη γύη;
Καὶ τοὐρανοῦ γ', ὡς φασίν, ἐστιν ἐν καλῷ.

his ſingulis ſua quaedam interiicit Orator de Athenienſium fortuna poſt cladem in Helleſponto & Lyſan-

ſandri victoriam longe mutata; haec quidem leguntur verſuum horum quarto ſubiecta: εἶχε μὲν δὴ, σωθεῖσα δ' ὡς ἐπὶ συμφοραῖς ἀπεκείρατο: de Graecis vitioſis *Morellus* haec non meliora ſemilatina dedit: *Quae mulier altera* (γυνὴ vulgatur) *nemora habuit talia unquam? — Habuit ſanè; quum autem evaſiſſet*, (quo tandem, ô bone, *evaſerat* iſta tua *mulier?*) *comam abraſit, tanquam in calamitate:* — genuina veteris *Comici* (forte *Cratini*, vel *Eupolidis:* de *Menandro* cogitantem retrahere debuerat Lyſander:) *Dionis*que verba converti poterant: *Nemora vero quae tandem alia regio talia habuit? —— Habuit illa quidem, ſed ferro atque igne a Lacedaemoniis vaſtata, ob calamitates* (ſolent homines comam in luctu praebere detondendam) *ſylvas comatas ferro velut tondendas dedit.* —— Pro δὴ, σωθεῖσα vere corrigo, δῃωθεῖσα. —— Verbum eſt in hac re proprium, Δῃοῦν· δῃοῦν. δῃῶσαι. δῃωθῆναι· ſaepe vitiatum. Δῃῶσαι γῆν eſt δενδροτομῆσαι, *Timaeo* in Lex. *Platon.* p. 67. Reſtitui verbum debet *Athenaeo* VI. p. 234. A. ληϊζόμενοι τὴν ἀλλοτρίαν καὶ δῃοῦντες· vulgatur, ſic non uſurpatum, ἀδικοῦντες. illud ubivis obvium: vetuſtius Δαΐειν in talibus nusquam memini me legere, niſi apud *Demoſthenem* p. 151, §. 159, (Ed. Paris.) ubi in decreto Dorico ſit mentio τὰν χώραν δαϊοῦντος καὶ δενδροκοποῦντος· in *Vlpiani* qui dicitur Scholiis Δαϊοῦντος redditur δῃοῦντος καὶ ἀφανίζοντος. uſitata ſunt *Xenophonti* Καίειν τὴν χώραν. (ut & Δῃοῦν.) & κόπτειν τὰ δένδρα· ἔκοπτε καὶ ἔκαιε· ἔτεμνε καὶ ἔκαιε μέχρι τοῦ ἄστεος p. 335, 20. . In L.

IV, Ἐκλω. p. 309, 12, vulgatum ab *Henr. Steph.* εἰ δ' ἦν λοιπὸν δένδρον. κόπτων ἢ κλῶν· κλᾷν vero idem ac κλαδεύειν, *amputare*, hinc alienum, a me mutatum fuerat primum in κάων· ut a *Lennepio* Noſtro ad Epiſt. *Phalar.* p. 225. B. ſed, a *Leunclavio* redditum *frangens*, κλῶν ſe ſcribit e vet. Cod. (quod vix opinor) *Stephanus* repoſuiſſe pro κυκλῶν. ſcriptum hic forte primitus fuit κόπτων κύκλῳ· *longe lateque caedens arbores:* in *Aeſchinis* Or. de Falſa Legat. p. 51, 28, pro νεμηθῆναι, genuina marginis eſt lectio, τὴν χώραν τμηθῆναι· quam praebet *Andocidis* Or. de Pace p. 24, 25, ex qua multa ſunt ad *Aeſchinis* Orationem male adiecta.

In his Grammaticis, aut, ſi quis ita velit, Criticis, adnotationibus non niſi invidus ab inſtituto ſermone lectoris in gratiam utiliter ſecedentem culpabit. —

Vt tandem tamen ad verſum redeam *Callimachi*, mea quidem ſententia perabſurde ſoli hic reſtare dicerentur capilli: debuerunt capite *Cleonici defluere*; μετὰ τὰ φυλλορροοῦντα τῶν δένδρων ἀπανθῆσαι· *Theocriti* Simaetha, quae in eodem noſocomio contabuerat, cui ſola *cutis oſſibus* etiam *haerebat adſtricta*, ſibi certe hoc eveniſſe teſtatur, ut omnes ex capite capilli defluxerint: *flaventi delapſos vertice crines; Oſſa adfixa cuti*, dixit interpres eruditiſſimus *Wetſtenius*; quae ſic Graeca dederat *Theocritus* Eid. II, v. 89, 20,

Ἔῤῥευν δ' ἐκ κεφαλᾶς πᾶσαι τρίχες· αὐτὰ δὲ λοιπὰ
Ὀστέ' ἔτ' ἦς, καὶ δέρμα.

In

In hunc locum a *Casaubono* quaedam in Lect. Theocr. p. 48, a me plura legi poterunt notata illorum similia. — Vt contraham dicenda, de tabescente Cleonico, qui tantum ossa esset ac pellis, a *Callimacho* scribi non potuit:

'Οστέα σοι καὶ μῦνον ἔτι τρίχες·

suspicor, vocem μῦνον, ex simili loco h. in Cererem, v. 93, adscriptam, genuinae, quod millies in his antiquis libellis evenit, locum occupasse: dudum emendavi,

'Οστέα σοι καὶ ῥινὸς ἔτ', οὐ τρίχες·

Ossa tibi adhuc (id est, sola) *sunt & pellis; non amplius capilli:* atque adeo caesaries tibi iam amore marcescenti defluxit. De Erysichthone, tabe consumpto, haec vulgari solent in hymno Cereris v. 93,

ἐτάκετο, μέσφ' ὅτι νεύρεις

Δειλαίῳ ἶνές τε καὶ ὀστέα μῦνον ἔλειφθεν.

in his pro μῦνον ἔλειφθεν, sine controversia sinceris, vitiosas nobis scriptiones, μῶνον, & ἔλιφθεν, reduxit *Io. Aug. Ernesti;* ego iam ante, opinor, quam considerate Callimachea tractasset celebritatem maximam adeptus, dum viveret, *Ernestus*, corrigebam:

μέσφ' ὅτι νεύρεις

Δειλαίῳ ῥινός τε καὶ ὀστέα μῦνον ἔλειφθεν.

Nec μῶνον pro μῦνον, neque ἔλιφθεν pro ἔλειφθεν a *D'Orvillio*, viro Graece etiam perdocto, probari potuerunt: indicatam voluit Editor libri *D'Orvill.* p. 235. — Attentum non fallet, quod forte doctior aliquis obmoveat, *Philonis* illud *Iudaei* p. 933,

E.

E. ῥικνοὶ γεγόνασιν· ἶνες αὐτὸ μόνον, καὶ λεπτὴ δορά. —— αὐτὸ μόνον, paulo quidem rarius, hic illic tamen obvium, & *Philoni* valde frequentatum, viros etiam Graece doctiſſimos fefellit, *Dukerum*, *D'Orvillium*, & *J. M. Gesnerum*; hunc quidem in *Luciani* Hermotimo I. p. 787, 42. qui tamen intactum dimiſit *Lucianeum* T. III. p. 295, 54. οἱ καλοὶ αὐτὸ μόνον καλοὶ θέλουσιν εἶναι. idem ſignificatur formula *Theocriti*, tractata in ultima adnotatione in Adoniazuſas p. 416. ubi quod legitur Lucianeum ſive dicas ἢ τὸ πᾶν βουκόλος [ἐστι,] ſeu ἢ αὐτὸ μόνον βουκόλος, nihil intereſt: —— unus omnium optime tractavit illud, αὐτὸ μόνον, *Abreſchius* in Dilucid. *Thucyd.* p. 56, partim emendans a ſe ſcripta in Lection. *Ariſtaen.* p. 167. —— In *Callimachi* loco νεῦρα, ſive νεῦρα ſunt, quae dicuntur ἶνες a *Philone*: *A. Gellius* N. A. XIII, c. XXII. p. 613, [Graeci] *vincula & firmamenta membrorum* νεῦρα *dicunt; unde nos quoque nervos appellamus: fibras nervosque in collo conſpicuos* αὐχενίους ἶνας vocant Medici: admirabiliter pingitur a *Theocrito* piscator, in Eid. I, rete iaculum, in mare deiiciendum, totis viribus primum attrahens v. 41,

—— κάμνοντι τὸ καρτερὸν ἀνδρὶ ἐοικώς.
Φαίης κεν γυίων νιν ὅσον σθένος ἐλλοπιεύειν·
Ὧδέ οἱ ᾠδήκαντι καττ' αὐχένα πάντοθεν ἶνες.

ubi Sicilienſis verbi forma, ᾠδήκοντι, mihi nunc videtur antiquitus fuiſſe ſcripta, quia non iam praeteritum, ſed praeſens verbi tempus requiritur: in Tarentini *Lyſidis* Epiſtola quod Codex dabat Editori pri-

primo scriptus, ἐκβεβλαστηκότε, depravatum fuit in ἐξεβλάστησαν ab *Arcerio*, Linguae tum Gr. Professore. — Tandem in *Callimachi* versu ex h. Cereris 94,

Δειλαίῳ ἶνες

a me, nisi me omnia fallunt, recte fuit mutatum in

Δειλαίῳ ῥινός τε καὶ ὀστέα μοῦνον ἔλειφθεν·

ut in eiusdem fuit emendatum Epigr. XXXII,

Ὀστέα σοι καὶ ῥινὸς ἔτ', οὐ τρίχες.

praeter alia, *Casaubonus* in Lect. *Theocr.* p. 248, hoc praebet *Apollonii Rhod.* —— ῥινοὶ ἢ σὺν ὀστέα μοῦνον ἐέργον. ——

Nunc, post digressionem, ad *Ovidii* versus, atque ad amores redeo *Callimachi*, cuius Echo, in Epigramm. XXX, de Lysania dixisse fingitur amatori,

ἄλλος ἔχει

quo sensu Terentianum accipi debet:

quis heri Chrysidem habuit?

Macrobius, in optima parte operis, qua nobis iocos & dicta veterum, permulta solus, custodivit, Saturnal. II, c. II, *Faustus*, ait, *Syllae filius*, *cum soror eius eodem tempore duos moechos haberet*, *Fulvium fullonis filium*, & *Pompeium Maculam*; *miror*, *inquit*, *sororem meam habere maculam*, *cum fullonem habeat.* — Socratis discipulum, sed Siculis dapibus inescatum, *Aristippum* dicere solitum, *habere se Laïda*, ἔχω τὴν Λαΐδα· addentem tamen, vere an falso, non facile dixerim, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι, (Vid. *M. A. Muretus* V. L. VI, c. VII. &, si tanti videbitur,

tur, *Aeg. Menagius* in *Diog. Laert.* II. p. 111.) nemo mirabitur, qui iſtius aevi Corinthiam Laïda paulo propius habuerit cognitam; cuius pectus, & mammas, ut exemplar formae ſpecioſiſſimae, pictores exprimebant imitando, teſte *Athenaeo* XIII. p. 588. E. quam Poëtae *Venerem* vocabant *mortalem*,

τὴν θνητὴν Κυθέρειαν·

τὴν μόνην χαρίτων λείψανα δρεψαμένην·

Ab *Apulejo* de Pſyches ſcripta pulcritudine IV. Met. p. 83. huic mulieri conveniunt. ——

STATIVS I Sylv. II,

in Epithalamio

Stellae & Violantillae, v. 251.

Nunc opus, Aonidum comites, tripodumque miniſtri,
Diverſis certare modis: eat enthea vittis
Atque hederis redimita cohors, ut pollet ovante
Quisque lyra: ſed praecipue, qui nobile greſſu
Extremo fraudatis epos; date carmina feſtis
Digna toris. Hunc ipſe, choro *plaudente, Philetas*
Callimachusque ſenex, Vmbroque Propertius antro
Ambiſſent laudare diem. —

In ſextum horum verſuum incogitanter *Ier. Marklandus* turpe vitium invexit, edendo,

Hunc

Hunc ipse, Coo *plaudente*, *Philetas.*

Cous, ob Coum Philetam, mirum in modum huius aevi literatis hominibus placuit, qui quidem tractarunt Latinos Poëtas; adeo ut illam saepe nolentibus voluerint restitutam: hic certe versum *Statii* pessumdat semper a Poëtis producta; incommodo, voce transposita, mederi maluit Poëta *Burmannus* Noster *Secundus*, quam veterem & sine controversia legitimam lectionem revocare: — *Coo plaudenti* quis sensus affingi possit vel tolerabilis, comminisci nequeo. Plenus est & optimus in voce genuina,

choro plaudente,

choro nimirum Apollinis & Musarum, (conf. in *Tibulli* Eleg. L. IV. finis Elegiae primae,) quibus Elegia se velut decimam immiscuit. In *Coo plaudente* haerentes obliti certe fuerant eorum, quae legerant initio carminis elaborati:

Cui, Paean, nova plectra moves?
Demigrant Helicone Deae;
Quas inter vultu petulans Elegia propinquat
Celsior assueto; divasque hortatur, & ambit
Alternum factura pedem; decimamque videri
Se cupit, & medias fallit permixta sorores.

v. 16.

te concinit iste,
(*Pande fores*,) *te*, *Stella*, chorus: *tibi Phoebus*, *&* *Euan*,
Et de Maenalia volucer Tegeaticus umbra
Serta ferunt: nec blandus Amor nec Gratia cessant.

Nunc

Nunc nemo, credo, dubitabit, quin genuinum ſit *choro plaudente;* cui certe *choro* coeleſti perplacuiſſent, ora quondam Muſarum, Cous *Philetas*, & *Callimachus* Cyrenaeus, Vmber etiam *Propertius*, ſi huc illinc ad auſpicatiſſimas Stellae nuptias & Violantillae ſuis modulis redire potuiſſent celebrandas.

Graecorum partim a *Bentlejo*, partim a me, collectis teſtimoniis miſſis, ad Callimacheam Berenices comam, ore *Catulli* canentem, accederem; niſi tamen ante argumentum Elegiae, & ab aliis, ſed ab *Hygino* praeſertim traditum, paulo videretur, dum vacat & lubet, conſideratius expendendum.

Quam vero Regina Berenice Diis devoverat, templi Veneris tholo ſuſpendendam, vel affigendam parieti, *Coma* fuit in coelo, quod vulgo vocant ſtelliferum, a *Conone* Mathematico aulico primum viſa, mox a *Callimacho* hoc admirabili carmine ſic defixa, ut in hunc usque diem Aegyptiacae Reginae caeſariem in Leonis cauda conſiderent, qui quidem *Manilium* mirantur & veteres, Aſtronomi. In *Cononem*, &, ſi quis ita velit, in *Callimachum* dici potuit ab Auguſti adulatore, quod ait *Manilius* in ipſo fine L. IV. Aſtronom.

ratio omnia vincit.
Ne dubites homini divinos credere viſus:
Iam facit ipſe Deos, mittitque ad ſidera numen.

Inte-

Integra

CALLIMACHI

Elegia, *qua loqui fingitur*

Βερενίκης Πλόκαμος,

Coma Berenices;

CATVLLI

verbis numerisque reddita.

Graeca, quae hucusque detegi potuerunt,
Elegiae CALLIMACHI *Fragmenta*
CATVLLI
Latinis sunt interiecta.

Argumenta

Elegiae CALLIMACHEAE,

qua loqui fingitur

Βερενίκης Πλόκαμος,

Coma Berenices.

ERATOSTHENES in Cataster. Leonis Cap. XII.

Ὁρῶνται ὑπὲρ αὐτὸν (*Leonem*) ἐν τριγώνῳ κατὰ τὴν κέρκον ἀμαυροὶ ἑπτὰ, [ἀστέρες,] οἳ καλοῦνται πλόκαμοι (L. Πλόκαμος) Βερενίκης Εὐεργέτιδος.

Eratosthenis libellum, Καταστερισμοὺς, primus publicavit *Ioannes Fellus*, Oxonii cIↃIↃcLXXII, *Arati* Phaenomenis & *Theonis* in illa Scholiis subiectum: addidit in *Eratosthenis*, ut vocat, *Asterismos* Adnotationes; alia etiam *Eratosthenis*, & Carmina pervenulia, (quae tamen plura dari potuerant;) tandem sub nomine *Dionysii* tres Odas, notis Musicis instructas; in illas Adnotationes; & brevem de Musica antiqua Diatriben. —— Istis tribus *Hymnis*, seu cantilenis, in *Calliopen*, *Apollinem*, & *Nemesin*, vix quidquam habemus in isto genere antiquius, ut certe arbitrabatur, si quis alius, idoneus iudex, *Hemsterhusius*, dignissimus qui *Scaligero* & *Bentlejo*, viris in hoc genere literarum maximis, quodam intervallo, omnium proximus adiungatur. Est autem *Eratosthenis* libellus, mea saltem opinione, tantum libri maioris Epitome: in eius Constellationibus multo plura legerunt *Scholiastes* in *Aratea Germanici*, quique dicitur *Hyginus*; quod vicina satis demonstrabunt.

HYGINUS

Aſtronom. Poët. L. II, C. xxiv, in Leone.

Sunt VII Stellae ad caudam Leonis in triangulo collocatae, quas crinem (*ita leg. e Codd. ut quater in hac ipſa ſcribit narratione*) Berenices eſſe Conon Samius Mathematicus & (*leg.* ait;) CALLIMACHVS dicit; cum Ptolemaeus Berenicen, Ptolemaei & Arſinoës filiam, ſororem ſuam, duxiſſet uxorem, & paucis poſt diebus Aſiam oppugnatum profectus eſſet, voviſſe Berenicen, ſi victor Ptolemaeus rediiſſet, ſe detonſuram crinem; quo voto damnatam crinem in Veneris Arſinoës Zephyritidis poſuiſſe templo, eumque poſtero die non comparuiſſe; quod factum cum Rex aegre ferret, CONON Mathematicus, — cupiens inire gratiam Regis, dixit crinem inter ſidera videri collocatum, & *quasdam* vacuas a figura *ſeptem* (τινὲς — ἑπτὰ *ſunt in* S. Lucae A. A. XIX, 14. *ſed & apud* Thucyd. *p.* 466, 35. *aliosque horum ſimilia*,) ſtellas oſtendit, quas eſſe fingeret crinem.

(I.) *Hanc Berenicen nonnulli cum* CALLIMACHO *dixerunt equos alere, & ad Olympia mittere conſuetam fuiſſe.* (II) *Alii dicunt hoc amplius, Ptolemaeum Berenices patrem, multitudine*

dine hoſtium perterritum, fuga ſalutem petiiſſe; filiam autem, ſaepe conſuetam, inſiliiſſe in equum, & reliquam exercitus copiam conſtituiſſe, & complures hoſtium interfeciſſe: reliquos in fugam conieciſſe; pro quo etiam CALLIMACHVS *eam*

magnanimam

dixit. (III) ERATOSTHENES *autem dicit, & virginibus Lesbiis dotem, quam cuique relictam a parente nemo ſolveret, iuſſiſſe reddi; & inter eas conſtituiſſe petitionem.*

Absque his *Hygini*, notatu ſane digniſſimis, ne *Achilles* quidem *Statius*, *Muretus*, *Ianus Douſa Fil.* aut ipſe *Ioſ. Scaliger*, interpretes optimi, *Catullianam* Elegiam *Callimachi* penitus intellexiſſent. Hoc dum dico, priora intellecta velim *Hygini*, a quibus reliqua ſeparavi, quae diverſi ſunt generis.

De ſingulis nonnulla dici poterunt; niſi quod poſtrema tamen, quae teſte traduntur *Eratoſthene*, quid ſibi velint, quove pacto poſſint vitioſa corrigi, non exputo: *virginum*, *quae Lesbo perierunt*, hac eadem in re mentio fit in *Scholiis* in Aratéa *Germanici*, p. 114. — Paene ultima, quamvis ab aliis qui ſuperſunt non tradantur, nihil tamen habent, cur a nobis ut parum veriſimilia reiiciantur; ſed & haec, ut plene intelligi poſſint, ex libris melioribus, vel a Criticis erunt absque codicibus ſcriptis emaculanda. *Callimachum* dum nominat, Latinam nobis dat vocem, ex Graeca expreſſam, *Catulli*, v. 26,

Cognoram a parva virgine magnanimam.

C 3 Qui

Qui vero ſcripſit in *Hyginianis* iſta, — —

Hanc Berenicen nonnulli cum Callimacho dixerunt equos alere, & ad Olympia mittere conſuetam; —

vereor equidem, ne, in univerſum errans, etiam turpiter fuerit ὁμωνυμίᾳ quadam deceptus. — Potuiſſet quidem *Callimachus*, cuius libellum περὶ ἀγώνων laudat *Harpocration*, *Pherenicen*, ſive more pronunciandi Macedonico *Berenicen*, in Epigrammate, vel alio ſcripto, laudare, velut equorum altricem; ſed mulierem, & quidem Reginam Aegypti, vel puellam principem ex aula Aegyptiaca, ſeu Cyrenaica, conſuetam equos alere, quos ad Olympiacum miſerit certamen, ne decem quidem ignobiles magiſtelli, qualis eſt omnibus ignoratus *Hyginus*, mihi certe (ἀλλ' οὐκ ἐγώ τις ταχυπειθής·) perſuaderent; qui tamen, quisquis tandem fuerit hominum & unde domo, Graeculus an Latinus, ob libros quos legit nunc perditos, ſuo quodam merito videtur aeſtimandus. Cyrenaei permulti, ſed privatae ſortis homines, Alexandrini quoque venerunt ad Olympica certamina: de Apollonio Alexandrino, pugile, pecunia ab Hellanodicis mulctato, multa narrat, dux in hac etiam antiquitatis parte fideliſſimus, ſaepe teſtis unicus, *Pauſanias* V. p. 431. ſed Aegypti Regis, aut huius fratris, filiam equos trans mare mittere ſolitam ad Olympica certamina falſiſſimum eſt. Non tamen, quod vulgo dici ſolet, e nihilo naſcitur fabula. — Sed haec pau-

paulo abſtruſior, vereor, ne me diutius teneat, quam vellem. — Quae vulgo a Graecis, iam infans, vel poſtea ab eventu quodam Φερενίκη dicebatur, in Dialecto Macedonica, atque adeo etiam veteri Alexandrina, ſive a primis e Macedonia colonis, Alexandriae vocata fuit Βερενίκη. hunc Macedonicum pronunciandi morem iam adnotavit *Herodotus: Stephanus Byz.* Βρίγες, ἔθνος Θρακικόν. Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ, (L. VII, C. LXXXIII,) οἱ δὲ Φρύγες, ὡς Μακεδόνες λέγουσι, ἐκαλέοντο Βρίγες. — *Caput*, κεβαλὴ Alexandrini, κεβλὴ, rariora ſectati, dixerunt *Nicander* & *Callimachus*. vid. huius Fragm. CXL. *Diodori Siculi* cur Κελβανὸν in Κέβαλον transmutare vellet *Weſſelingius*, T. II. p. 351, 15, cauſam habebat nullam: *Cebalini* Macedonis, apud *Diodorum*, (nusquam ex iſta gente *Cebali*,) mentionem factam legerat T. II. p. 221, 26. & multo maiori iure Κεβάλων Macedonicum nomen potuerat *Diodoro* reſtitui (T. II. p. 221, 26,) qui Βάλακρον τὸν Νικάνορος memorat T. II. p. 275, 93. ſed ipſum *Berenices* nomen in exemplum iſtius pronunciationis iam protulit *Plutarchus* II. p. 292. E. — Has literas tractantes, aut aliis in annis tractaturi iuvenes, ut hinc diſcant, nihil minus quam Criticum fuiſſe *Mich. Maittairium*, qui de Dialectis Ling. Gr. libellum ſcripſit utiliſſimum, & quam inſignibus augeri ſcriptum illud poſſit ſupplementis, videant de iſto more Macedonico *Heraclidea* (huius etiam iſta ſuſpicor eſſe) apud *Euſtath.* in *Hom.* Od.

K. p. 391, 15. I. p. 340, 18. *Etymologicon M.* p. 85, 22. p. 179, 17. p. 195, 37. nec sane, quod saepe fit, negligendos recentiores, *Salmas.* ad Inscript. *Herodis Att.* p. 50. *Henr. Vales.* in Excerpta *Peiresc.* p. 76. *Io. Taylor.* in Lect. *Lys.* p. 70. ad *Hesychium* etiam notata T. I. p. 704, 13. p. 785, 12. p. 1046, 32. — Cui vero tandem *Berenicae*, vel *Pherenicae* cum Olympico certamine, cui non licebat mulieribus interesse, fuit aliquid negotii? Diagorae Rhodii filiae, quam victorum Olympicorum filiam, sororem, & matrem, propterea vocasse videntur Φερενίκην· de qua legi poterunt ab *Aeliano* narrata V. H. X, C. 1. quaeque viri Docti illic adscripserunt. Verum haec *Pherenice* filium tantum illuc deduxit athletam, impetravitque ob gloriam a patre, fratribus, filio, Olympionicis reportatam, ut, lege interim consopita, sibi liceret ludorum illic gymnicorum esse spectatrici. —— Ista *Pherenice* dicta quoque fuit, ut Rhodii Diagorae pugilis nobilissimi filia, Ἀριστοπάτειρα, sive Καλλιπάτειρα· prius ipsi datur nomen, sive cognomen, in argumento VII Odes Olymp. *Pindari*; posterius apud *Pausan.* V. p. 389. ubi leguntur ista notabilia: εἰσὶ δ' οἳ τὴν αὐτὴν παῖδα Φερενίκην, καὶ οὐ Καλλιπάτειραν, καλοῦσιν. Hic itaque tandem certaminis ipsius Olympici spectatricem reperimus, ob suorum victorias superbam, Pherenicen, neque tamen aut hic aut alibi locorum Pherenicen, vel Berenicen, Regis Aegypti filiam

filiam & ſororem, quae equos ad Olympicum certamen mittere conſueverit: ſolam mulierum Graecarum ſe hoc feciſſe, ſaltem equeſtrem illic victoriam reportaſſe gloriatur in Epigrammate Cyniſca, Regum Lacedaemoniorum nobiliſſimi Ageſilai ſoror, cui equos illuc mittere certaturos frater perſuaſerat Ageſilaus: hoc eſt in Anthologia MS. ignoti Poëtae carmen: quo illud loco poſuerit *Brunckius*, nunc non recordor.

Ἀδέσποτον ἐπὶ τρισὶν ἑξαμέτροις πεντάμετρον.

Σπάρτας μὲν βασιλῆες ἐμοὶ πατέρες, καὶ ἀδελφοί.
Ἅρμασι δ' ὠκυπόδων ἵππων νικῶσα, Κυνίσκα
Εἰκόνα τάνδ' ἔστησα· μόναν δ' ἐμὲ φαμὶ γυναικῶν
Ἑλλάδος ἐκ πάσας τόνδε λαβεῖν στέφανον.

Haec ſi quis forte ſuſpicetur *Callimachea*, ſuo ſenſu fruatur, a meo diſſidet. — Quae, praeter iſta, de quibus diſputavi, ſunt in *Hyginianis*, praebent argumentum Elegiae *Catulli Callimacheae*.

Elegiae

CALLIMACHI

argumentum quoque ſpectat

ACHILLES TATIVS,

Iſagoges in *Arati* Phaenom. p. 134. C. D.

Ὁ μὲν Ἀστὴρ καὶ Ἄστρον· ἔχει τε δὲ τὸ ἀνάπαλιν. ὅταν μέντοι ὁ (leg. ὁ μέντοι) Καλλίμαχος,

περὶ ἀστέρι τῷ Βερενίκης·

ἐπὶ τοῦ Πλοκάμου φησὶν, ὃς ἐξ ἑπτὰ καταφανῶν (leg. οὐ καταφανῶν ἀμαυρῶν, *Eratoſth.*) σύγκειται. Τοῦτον δὲ τὸν Πλόκαμον οὐκ οἶδεν Ἄρατος· παρετήρησε δὲ Κόνων ὁ Μαθηματικός.

Fragmentum illud alterius carminis (his enim verbis nullus mihi fuiſſe locus videtur in Elegia, quam *Catullus* reddidit,) a *Bentlejo* fuit aliisque praetermiſſum.

HESYCHIVS:

Βερενίκης Πλόκαμος. τοῦτον κατηστερίσθαι φησὶ Κόνων. —

In talibus emendandis diligens, vir optimus, *Io. Alberti* hic vitioſum tamen reliquit κατηστερίσθαι. Relictum

lictum a *Io. Kingio* in *Scholiis* ad *Eurip.* Oresten v. 1669. καπεστελάθαι, pro κατησεελάθαι, non miror. — Libellus satis eleganter, ut a Iudaeo tamen, scriptus IV *Maccab.* XVII, 5, praebet ἐστέλσαι· ubi nihil ex quinque Codd. collatis enotatum varietatis: cum literis tamen transpositis legendum sit: σὺ (*pia mater* VII *martyrum*,) τὰς ἰσαστέρας ἑπτὰ παῖδας φωταγωγήσασα πρὸς τὴν εὐσέβειαν, — ἐστέλσαι ἐν οὐρανῷ σὺν αὐτοῖς.

Vbi in Leonis sidere memorantur ab ARATO, Phaen. v. 146, stellae ἀπλέοι & ἀνώνυμοι, Scholiasta THEON,

Οὐ συμπληροῦνται, ait, εἰς τύπον· —— Κόνων ὁ ὁ Μαθηματικὸς, Πτολεμαίῳ χαριζόμενος, Βερενίκης Πλόκαμον ἐξ αὐτοῦ κατηστέρισε, τοῦτο καὶ Καλλίμαχος φησὶν,

'Ηδὲ Κόνων κ. τ. λ.

SCHOLIASTES in Aratea GERMANICI Ed. Morelli p. 114.

Videntur aliae stellae obscurae septem iuxta caudam eius (*Leonis*,) quae vocantur crines Berenices, & sunt earum virginum, quae Lesbo perierunt.

PRO-

PROCLVS de Sphaera cap. ult.

Τοῖς Βορείοις —— ζωδίοις ista tandem subiungit: Καὶ ὁ ὕστερον κατηστερισμένος (imo κατηστερισμένος) ὑπὸ Καλλιμάχου Βερενίκης Πλόκαμος.

Eadem iam dederat in Isagoge *Geminus* p. 12. E. *Conon* quidem vidit, vidisse certe se de nocte dicebat Astronomus, quam in aula lugebant e templo Veneris ablatam, Reginae caesariem in coelestis Leonis cauda divinitus desixam; sed & a *Proclo*, suae aetatis homine perdocto, vere *Coma* dici potuit a *Callimacho* in mundum stelliferum relata: ὁ γὰρ Πλόκαμος διὰ Καλλιμάχου ἐν ἐλεγείᾳ ἀπεθεώθη· — *Callimachus* fortasse, cui Diis a Regina devotus crinis, & Alexandrinis indictae dedicationis in Arsinoës templo solemnitas, dudum ante innotuerant, carmen hoc suum iam meditatus, nemini nocentis, sibi doctisque e Muséo sodalibus fructuosi commenti primus auctor, facile rem, quae iocandi praeberet viris doctis inter pocula materiem, amico approbavit *Cononi:* neque est credibile, tali mendacio, aut etiam, si quis ita velit, sacrilegio Mathematicum absterritum, Deorumque vindictam reveritum, (quamvis essent istarum regionum coelites regaliter irritabiles, laesaeque maiestatis saepe vindices acerrimi,) quippe qui potentioris esset

Nu-

Numinis, sui sodalisque *Callimachi* amantissimi, Ptolemaei Euergetae patrocinio tutus. —— Hoc in loco quid vetat errorem attigisse *Tatiani?* Is in Oratione ad Gentes, §. XVI, doctis suae aetatis hominibus se dabat irridendum ista scribens: τίς (scripserat forte, τί) ἐστιν ὁ Βερενίκης Πλόκαμος; πῶς δ' οἱ ἀστέρες αὐτῆς πρὶν [τὴν προειρημένην] ἀποθανεῖν; magistelli cuiusdam emblema, (τὴν προειρημένην,) eiiciendum censeo: *Tatianus* existimavit, comae Bereniceae stellas post obitum demum Reginae visas fingi: nam, quod confidenter dicebat *Is. Vossius* p. 264., scripsisse procul dubio *Tatianum* ἀποτεμεῖν, est illud *Is. Vossii* eruditione, sed παράδοξα saepe probantis, indignum. —— Vivam Berenicen *Callimachus* etiam tribus Charisin quartam adscripsit hoc Epigrammate (LV.)

Τέσσαρες αἱ Χάριτες· ποτὶ γὰρ μία ταῖς τρισὶ κείναις
Ἄρτι ποτ' ἐπλάσθη, κἤτι μύροισι νοτεῖ.
Εὐαίων ἐν πᾶσιν ἀρίζηλος Βερενίκα·
Ἇς ἄτερ οὐδ' αὐταὶ ταὶ Χάριτες Χάριτες.

Angelus Politianus Miscellan. Cap. LXVIII, Operum T. I. p. 635.

„ Elegiam Callimachi de crinibus Berenices in-
„ ter sydera receptis mira elegantia vertit in La-
„ tinam Linguam nobilis poëta Catullus. —
„ Ar-

„ Argumentum ipſius partim apud Hyginum, —
„ partim apud Theonem, neque non Achillem
„ quoque Graecos Arati enarratores invenias.
„ Graeca ſanè ipſa Callimachi elegia non extat
„ ad nos quantum compererim, ſed aetate in-
„ tercidit. Apud Theonem tamen — princi-
„ pium illius — reperitur."

Illic praeterea profert ex *Scholiis* in *Apollon. Rhod.* Callimachea quaedam; — priora ex *Theone* dat melius ſcripta, quam *Bentlejus*, ceterique, *Achille* tamen *Statio* excepto, nobis illud ediderunt: quid enim, obſecro, ſignificat initio verſus 'Ηδὲ Κόνων — ? Catullianum, — *me ille Conon* — *vidit*, monſtrare potuerat attendenti veram lectionem,

῏Η με Κόνων — ἔβλεψεν

Iam vero perperam ἦ, *vel*, ſed recte με Κόνων ſcripſit *Politianus*.

M. Antonius Muretus
in *Catullum* Commentario,
Ed. primae Venetae, MDLIV, p. 101.

„ Si Callimachi carmina, e quibus haec ex-
„ preſſa ſunt, ad nos perveniſſent, neque in his
„ intelligendis laboraremus, & ex duorum, ſua
„ utriusque lingua, optimorum poëtarum colla-
„ tione, inſignem quandam plenamque utilita-
„ tis caperemus animo voluptatem. Iuvaret
„ Graeca cum Latinis componere, inſpicere non

„ in

„ in singulis modo vocibus, sed in figuris etiam „ luminibusque orationis, in ipsa ratione numerorum, ac denique in tota structura poëmatis, „ quam apte & scienter Graeci poëtae, in hoc „ genere, inter suos facile primi, vim ac leporem, Latinorum poëtarum sine controversia „ politissimus assecutus fuisset. Quam commoditatem quando sive fatum nobis, sive quo „ alio nomine appellari placet illud, quicquid „ est, quod in his rebus valet, eripuit, illudque praeterea accessit mali, ut his quoque, „ sicut ceteris, Catulli versibus valde magnam „ labem importarit vetustas, spero equidem in „ his difficultatibus, quanto facilior lapsus est, „ tanto mihi, sicubi offendero, paratiorem apud „ bonos veniam fore. Huius autem

Poëmatis hoc fere *Argumentum* est:

„ Ptolemaeus cognomento Euergetes Berenicen, — Ptolemaei Philadelphi ex Arsinoë „ priore filiam, sororem suam, in matrimonio „ habuit: neque enim ea coniunctio inhonesta „ Ægyptiorum legibus habebatur. Ea recens „ ducta, contigit, ut expeditionem adversus „ Assyrios susciperet; in quam cum proficisceretur, vovisse crinem suum Veneri Berenice „ dicitur, si sibi vir suus sospes victorque rediret domum. Cuius devotionis suae cum,

„ re

„ re praeclare à Ptolemaeo geſta, convictam ſe
„ iudicio Deorum immortalium videret, quo ſe
„ religione exſolveret, crinem rite in Veneris
„ aede appendit. Is cum poſtridie repertus non
„ foret, magnoque ob eam rem rex reginaque
„ in moerore eſſent, *Conon*, Mathematicus ea
„ aetate excellens, perſuaſit ipſis, crinem Deûm
„ numine ſublatum in coelum, & in ſidus con-
„ verſum fuiſſe: idque *Callimachus*, qui prin-
„ cipem illum, propter ſingulare bonarum ar-
„ tium ſtudium, numinis loco habebat, hoc
„ poëmate complexus eſt. Principium autem
„ continet inſignem commendationem Cononis,
„ a praeſtanti coeleſtium rerum peritia."

Ianus Douſa Filius
in *Catullum* Coniectaneis Cap. VIII.
Ed. Plantin. cIↄIↄxcII, p. 45.

„ Exſtat inter alia Catulli opuſcula pulcherri-
„ mum ſane Poëmation de Coma Berenices ex
„ Callimacho expreſſum, cuius Graeca Elegia,
„ ſi non eandem cum reliquis eius plerisque
„ omnibus ſcriptis iniuriam temporis paſſa fuiſ-
„ ſet, vehementer conferret ad efformanda iu-
„ dicia atque animos noſtros iis legibus, quae
„ nos docent, quomodo adumbranda ac trans-
„ fe-

„ ferenda fint Graeca, quod ex parte tamen fa-
„ ciunt haec ἀποσπασμάτια, quae è Graecis Gram-
„ maticis velut pluvias aquas colligimus ad ir-
„ rigandam ingenii noftri ariditatem, quae ta-
„ men magis falivam nobis movent, quam ex-
„ plent guftum."

Paulo poft, tertium Elegiae difiichon,

Vt Triviam furtim fub Latmia faxa relegans
Dulcis amor clivo devocet aërio,

fic Graece nobis convertit I. DOVSA Fil. ut nihil dulcius legi poffit aut ad Graecam normam caftigatius,

Ὡς ποτὶ Λάτμιον ἄντρον ἔρως γλυκὺς ἠερόφοιτον
Κρυπταδίως κατάγοι Ἄρτεμιν ἐρατόθεν.

Si non totidem literas, atque eadem verba, numeros certe *Callimachi* reftituit flos ifte Nobilitatis Batavae, cognominis *Iani*, Leidae defenforis, aufpice GVLIELMO Arauf. Princ. fundatoris Academiae, quem *Hollandiae Varronem* aliis in oris appellabant, filius, inter plures, virtute, eruditione, libris etiam editis, certantes fratres, *Georgium*, *Franciscum*, *Theodorum*, natu maximus; cum ederet ifta in Triumviros ἐρωτικοὺς coniectanea, vix annos viginti natus, brevi tamen illuc erat ante diem male rapiendus: fol enim ifte iam ante occidit, quam annum aetatis attigiffet XXVI; fed duraturam tamen fuerat inter veri amatores famam confequutus; quam neque generis nobilitas, nec maiorum imagines, nec munera laudabiliter adminiftrata, ceteris ex ifta Hollandica gente No-

D bi-

bilissima, ante duo *Janos* natos, aut postquam hinc illuc abierant, dare valuerunt: ante utrumque, *Dousae* Nordovices

Vixere fortes
Multi, sed omnes illacrymabiles
Vrgentur ignotique longa
Nocte, carent quia vate sacro.

Sacros vates habuere, praeceptores, & amicos, hi *Dousae* *Lipsium*, *Vulcanium*, &, quem uterque *Ianus* ut Deum venerabatur, *Scaligerum*. ——— Sed Maiorum ista crepundia postea, sive velut indigna genere, seu tanquam hominum potius umbraticorum ἀθύρματα, multo scilicet! sapientiores verae elegantiae spectatores, habuerunt nonnulli despicatui. Sua sic cuique placet Helena.

CAL-

CALLIMACHI
Elegia
a CATVLLO expreſſa.

CATVLLVS,
Elegiarum Prima ad Ortalum,

Morte fratris, quem ſibi ademtum pius Poëta variis carminibus luget, moeſtiſſimus, *Sed tamen*, inquit vſ. 15,

Sed tamen, in tantis moeroribus, Ortale, mitto
Haec experta tibi carmina BATTIADAE;
Ne tua dicta, vagis nequicquam credita ventis,
Effluxiſſe meo forte putes animo.

[In CALLIMACHEIS,
quae ſequuntur,
ore CATVLLI, una ſemper loquitur
Coma Berenices.]

Omnia qui magni diſpexit lumina mundi,
Qui ſtellarum ortus comperit, atque obitus;
Flammeus ut rapidi Solis nitor obſcuretur;
Vt cedant certis ſidera temporibus;

Vt Triviam, furtim sub Latmia saxa relegans,
Dulcis Amor gyro devocet aërio;
Idem me ille Conon coelesti in lumine vidit,
E Bereniceo vertice caesariem
[*Fulgentem clare; quam multis illa Deorum,*
Laevia protendens brachia, *pollicita est;*]

[Ἤ με Κόνων ἔβλεψεν ἐν ἠέρι, τὸν Βερενίκης
Βόστρυχον, ὃν κείνη πᾶσιν ἔθηκε Θεοῖς.]

Qua rex tempestate, novo *mactus* hymenaeo,
Vastatum fines iverat Assyrios;
Dulcia nocturnae portans vestigia rixae,
Quam de virgineis gesserat exuviis.
Estne novis nuptis odio Venus? *atque* parentum
Frustrantur falsis gaudia lacrymulis,
Vbertim thalami quas intra limina fundunt?
Non ita. *ne* Divi, *ut* vera *gemant, sierint.*
Id mea me multis docuit Regina querelis,
Invisente novo proelia torva viro.

vs. 7. Legendum videtur e Codd. *coelestum munere.*

Ibid. Vulg. Ἠδὲ Κόνων μ᾽ ἔβλεψεν —

vs. 9. & 10. mihi non videntur *Catulli.*

vs. 11. Vulg. — novo *auctus* hymenaeo.

vs. 15. —— *anne* parentum —

vs. 18. —— Non, *ita me* divi, vera *gemunt, juverint.*

An

At tu non orbum luxti deſerta cubile;
Sed fratris cari flebile diſcidium.
Quam penitus moeſtas exedit cura medullas!
Vt tibi tunc toto pectore ſollicitae
Senſibus e rectis mens excidit! *aſt* ego certe
Cognoram a parva virgine magnanimam.
Anne bonum oblita'*s* facinus; *quod* regium adepta'*s*
Coniugium; quod non fortior *ulla cluit?*
Sed tum moeſta, virum mittens, quae verba locuta'*s*,
Iuppiter! ut triſti lumina ſaepe manu!
(Quis te mutavit tantus Deus? an quod amantes
Non longe a caro corpore abeſſe volunt?)
Atque ibi *me* cunctis pro dulci coniuge Divis
Non ſine taurino ſanguine pollicita'*s*,
Si reditum tetuliſſet *is*, aut *ni* tempore longo
Captam Aſiam Aegypti finibus *addiderit:*

vſ. 21. Vulg. *Et tu vero* orbum —— Santeno placet. *An* tu non orbum ——.
vſ. 22. —— *Et* fratris ——
vſ. 23. —— *Quum* penitus
vſ. 25. —— —— *at te* ego certe ——
vſ. 27. —— oblita *es* f. *quo* r. adepta *es*. & infra.
vſ. 28. —— quod non fortior auſit alis.
vſ. 33. —— At *quae* ibi, *proh!* cunctis —— Placeret ex Cod. Atque *ita* me cunctis ——

Queis ego pro factis, (coelesti reddita coetu,)
  Pristina vota novo munere dissolüo.
Invita, o Regina, tuo de vertice cessi,
  Invita; *adiuro teque, tuumque caput.*

[—— *σήν τε κάρην ὤμοσα, σόν τε βίον.*]

Digna ferat quod si quis inaniter adiurarit,
  Sed qui se ferro postulet esse parem?
Ille quoque eversus mons est, quem maximum in oris
  Progenies Thiae clara supervehitur:
Quum Medi peperere novum mare, quumque iuventus
  Per medium classi barbara navit Athon.
Quid facient crines, quum ferro talia cedant?
  Iuppiter, ut Telchinum omne genus pereat!

vs. 35. Vulg. Si reditum tetulisset! *Is haut* in t. l. Legi forte posset: S. r. t. is, *hautque* in t. l.

vs. 36. —— —— —— Aeg. finibus *addiderat.*

vs. 38. Scribi malim, *dissolui.*

vs. 43. Vulg. maximum in *orbe*, recte corrigit *Auratus.*

vs. 45. *peperere* est ex *Is. Vossii* coniectura, *pepulere* placet *Santeno.*

vs. 47. *Quid faciant* — melius videtur *Santeno.*

vs. 48. Vulg. — ut χαλύβων omne —— In Gr. vulg. χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος. — πᾶν a me fuit insertum.

Et

Et qui principio ſub terra quaerere venas
Inſtitit, ac *ferri* frangere *duritiem.*

[[Ὦ Ζεῦ, πᾶν] Χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος,
Τηλόθεν ἀντέλλοντα, κακὸν φυτὸν οἵ μιν ἔφηναν.]

Abiunctae paulo ante comae mea fata ſorores
Lugebant; quum ſe Memnonis Aethiopis
Vnigena, impellens *nictantibus* aëra pennis,
Obtulit Arſinoës *Locridos* ales equus:
Isque per aetherias me tollens avolat auras,
Et Veneris caſto collocat in gremio.
Ipſa ſuum Zephyritis eo famulum legarat,
Grata Canopiis in loca litoribus.
Scilicet in vario ne ſolum lumine coeli al. limite. limine?
Ex Ariadneis aurea temporibus

vſ. 50. Vulg. —— ferri *fingere* duritiem. —— *ferri infringere duritiem*, legi mallet *Santenus.*

vſ. 53. —— *nutantibus* —— pennis

vſ. 54. —— *Chloridos* ales equus.

vſ. 55. — ad vſ. 65, alio collocat ordine G. *Canterus*, vulgato partim meliore; in vſ. 55.

—— Vulg. —— *advolat umbras*, *avolat auras* eſt *Canteri.*

vſ. 59. —— Sidere ibi vario ——

Fixa corona foret; sed nos quoque fulgeremus
    Devotae flavi verticis exuviae;
Vvidulam a fluctu cedentem ad templa Deûm, me
    Sidus in antiquis Diva novum posuit.
Virginis, & saevi contingens namque Leonis
    Lumina, *Callisto* iuncta Lycaonidi,
Vertor in occasum tardum dux ante Booten,
    Qui vix sero alto mergitur Oceano.
Sed, quamquam me nocte premunt vestigia Divûm,
    Luce autem canae Tethyi restituor;
Pace tua fari haec liceat, Rhamnusia virgo,
    (Namque ego non ullo vera timore tegam;
Nec, si me infestis discerpant Sidera *dextris*,
    Condita quin *veri* pectoris evolüam;)
Non his tam laetor rebus, quam me abfore semper,
    Abfore me a Dominae vertice discrucior:
Quîcum ego, *dum* virgo quondam fuit, omnibus *expleta*
    Vnguentis, myrrhae millia multa b bi.
Nunc vos, optato *quas* iunxit lumine taeda,
    Non *prius* unanimis *corpora* coniugibus

vs. 63. Vulg. *Vvidulum* a fluctu —— *al. fletu.*
vs. 66. —— —— Callisto *iusta Lycaonida*,
vs. 73. —— *Non* si me infestis d. S. *dictis*,
vs. 74. —— Condita quin *vere.*
vs. 77. —— —— omnibus *expers* Vnguentis.
vs. 79, 80. Vulg. —— *quae* iunxit — taeda —
corpora —

Tra-

Tradite, nudantes reiecta veste papillas,
Quam iucunda mihi munera libet onyx:
Voster onyx, casto petitis quae iura cubili; al. adulteriis.
(Sed, quae se impuro dedit adulterio,
Illius *aura levis bibat & dona irrita* pulvis;
Namque ego ab indignis praemia nulla peto.)
Sic magis, o nuptae, semper *Concordia*, *vostras*
Semper Amor sedes *incolet* assiduus.
Tu vero, Regina, tuens quum sidera Divam
Placabis festis luminibus Venerem,
Vnguinis expertem non siveris esse *Tuam*; *Me*
Sed potius largis *affice* muneribus.

vs. 80, 81, 82. Vulg. Non *post* unanimis, *corpora*, coniugibus; *Tradite*, — *Quae* iucunda —

vs. 84. Ex Codd. lectione, *dedat*, *foedat* efformavit *Santenus*.

vs. 85. Vulg. Illius *ah mala dona levis bibat irrita pulvis*.

vs. 87. — — *concordia vostras* —

vs. 88. — *incolat*.

vs. 91. — *Sanguinis* expertem non siveris esse *tuam me*,

vs. 92. — — largis *effice* muneribus.

Sidera cur iterent? utinam Coma Regia fiam!
Proximus Hydrochoï fulgeret Oarion.

vſ. 93. *Markland* emend. *Sidera cur retinent? iterum C. R. f.* optime.
Anglus Editor:
Aliter, *Proximus Arcturos fulgeat Erigonae.*

In Elegiam

CALLIMACHEAM CATVLLI

Adnotationes.

Elegiarum prima, *ad Ortalum.*]

E *Catulli* carminibus Hendecasyllabi, atque alia varii generis Epigrammata, ad nos pervenere, Heroïcum, nobilissimum illud Pelei & Thetidis Epithalamium; de Elegiacis tria tantum: unum sui nominis Elegia ad Manlium, qua dubitabat *Muretus* (& *Mureto* post renatas literas quis tandem in tali re melior fuit iudex?) *an ulla pulcrior in omni Latina Lingua* reperiretur. Elegia secunda, diversissimo scripta temporis articulo, carmen est iocosum, quo cum *Ianua* colloquitur Poëta. Prima ad Ortalum nobis exhibet Callimachéa: recte etiam in MSS. quos adhibui, Codicibus Vossianis, versibus, quibus Ortalo missorum carminum tarditatem excusat, absque ulla distinctione haec *Callimachea* subiiciuntur. Miseritne ad Ortalum plura hoc uno, quod superest, *carmina*, quae dicit *Battiadae*, certo definiri nequit: ego hoc unicum dedisse suspicor: maledicentissimum Gellium diris devovere carmine constituerat *Catullus*, quali suum de-

devovit inimicum *Callimachus:* ultimo suorum Epigrammatum, in Gellium, *Saepe*, ait,

> *Saepe tibi studioso animo venanda, requirens*
> *Carmina uti possem mittere Battiadae;* ——
> *Hunc video mihi nunc frustra sumtum esse laborem,*
> *Gelli.*

—— Vt in libris scriptis, continua ista quoque leguntur in primis Editionibus Anni MCCCCLXXIV, & MCCCCLXXXI, quarum hanc ipse possidet, alterius collationem, *Laurentius Santenus*, qui, hic artem nobiscum tractans Musicam, nactus, quod meretur, otium, expoliendo *Catullo* vacabit, vir Graece & Latine perdoctus, & *Burmanno* praeceptore dignissimus Poëta. —— —— Quis primus ista distinxerit, tanti non est inquisivisse. Leguntur iam distracta in Editione Aldina A. MDII. interiectis, satis inconsiderate, vocibus; *De Coma Berenices:* quas, cum in suam Editionem nitidissimam *Callimachi* [A. MDLXXXIV.] recepisset *Vulcanius*, in meliores, nuperam etiam, transsumserunt,

Ad Ortalum] Quis tandem primus amici *Catulli* nomen in illud *Hortali* deformavit, cui pepercerant Editores primi, quique Codices scripsere? an *Is. Vossius?* Sic ille scriptum nomen legerat apud *Ciceronem* & *Suetonium;* sed nulla librariorum est in talibus auctoritas; & vellem cogitasset *Vossius*, no-

nomen esse Graecum ὄρταλος· — ut Graeca sunt ὀρταλὶς· ὀρτάλιχος· ὀρταλίζειν· ὀρτὶς· *ortus*, νέορτος. Ὤρταλον dixit *Vulcanius*, ubi carmen ad Ortalum Graece reddidit:

> Αὐτὰρ ὅμως τάδε σοι πίσυνος ἐνὶ κήδεσι πέμπω,
> Ὤρταλ', ἔπη σελίδων ἔκκελξα Βαττιάδου.

Ortalum in *Hortalum* transformare nunquam in animum induxerunt *M. Ant. Muretus*, *Scaliger*, aut *Bentlejus*: ipsius tamen, opinor, aetate *Catulli*, cum nonnullis, *Hortalum* quoque dixisset Arrius iste, in quem, nobile quod vocat *Quinctilianus*, est Epigramma *Catulli* (LXXXIII.)

> Chommoda *dicebat, si quando commoda vellet*
> *Dicere, &* hinsidias *Arrius insidias:*
> *Et tum mirifice sperabat se esse loquutum;*
> *Quum, quantum poterat, dixerat* hinsidias.

Vt inimicum pungat, credere se fingit *Catullus*, Arrium istam pronunciationem a matre didicisse, a matris fratre, a matris utroque parente:

> *Credo, sic mater, sic Liber avunculus, eius*
> *Sic maternus avus dixerit, atque avia.*

Si horum aetate forte Romae dixere *choronas*, *praechones*, &c. (vid. *Quinctilian.* I. O. I, C. v. p. 57, &c.)

&c.) a patre, patruo, paterno avo potuiſſet etiam hunc morem trahere; cur matrem ſolam & genus maternum in acerbiſſimo memoret epigrammate *Catullus*, optime, ni fallor, ipſemet intellexit Arrius.

vſ. 1. *Omnia qui magni dispexit lumina mundi*] Codices Leid. & Edd. primae (in his adnotationibus ſolos intelligi velim tres Voſſianos, & quas dixi per Edd. primas;) dant, — *deſpexit lumina*: in alio Cod. *Iſ. Voſſius* invenit *munera*, qui *moenia* vulgavit, ſuam coniecturam: *moenia mundi* ſaepe quidem dixiſſe Poëtas faſſus, iure ſuo pernegat *Bentlejus*, *apud quenquam poëtarum reperiri*, *omnia* — *moenia mundi*; — ſed iſta nollem ſubieciſſet *Bentlejus*. " Fortaſſe pro *diſpexit*, quod „ cuiusvis eſt qui oculos ſanos habet, legendum „ *deſcripſit*; quod eſt Aſtrologorum." Pace viri magni, non ſane cuiusvis, ſed perpaucorum eſſe mihi hominum videtur, ut *diſcernere*, ſic *dispicere*; & quidem *magni dispicere lumina* coeli: legerat & iſta *Bentlejus Ciceronis* Tuſc. I, C. xix, *profecto beati erimus cum, corporibus relictis, & cupiditatum & aemulationum erimus expertes*; — *totosque nos in contemplandis rebus perſpiciundisque ponemus*: — paucis interiectis, *praecipuè*, dicit, *fruentur ea* (pulcritudine) *qui tum etiam, cum has terras incolentes circumfuſi erant caligine, tamen acie mentis dispicere cupiebant*. — Scripta lectio *deſpexit* hic eſt vitioſiſſima; de *Conone* tamen,

men, ſed corporis vinculis exſoluto, ſuumque in coelum relato, dici potuiſſet: — *magni deſpexit lumina mundi.* *Manilius* lacteum orbem coeli deſcribens, Aſtronom. I, 756,

An fortes animae dignataque numina coelo,
Corporibus reſoluta ſuis, terraque remiſſa,
Huc migrant ex orbe, ſuumque habitantia coelum,
Aetherios vivunt annos, mundoque fruuntur?

Vt Ptolemaeorum, *Theocritum*, *Callimachum*; ſic ferimus adulatores Auguſti, *Virgilium*, *Horatium*, *Manilium*; neque etiam, ſi dari poſſent hac aetate Principum iſtorum atque iſtiusmodi Poëtarum quodam modo ſimiles, adulatores illorum ſeveri reprehenderemus. In coelum relatus *Conon*, & nocte premens ſidera ſubiecta, (Callimachea *Catulli* Coma, ipſa iam diva, atque adeo veraciſſima, *me*, ait vſ. 69, —

me nocte premunt veſtigia Divûm.)

Conon dici potuiſſet — *despicere lumina mundi.* Hac prima ſignificandi vi verbum ſaepius alibi adhibetur; etiam in *Phaedri*, qui dicitur, Fab. v, L. II, ubi villa Tiberii Miſenenſis, *monte ſummo poſita*,

Proſpectat Siculum & deſpicit *Tuscum mare.*

Li-

Livius XLIV, C. vi, *rupes ita abſciſſae ſunt, ut* deſpici *vix ſine vertigine quadam ſimul oculorum animique poſſint.* *Quinctilianus* in iſta miſerabili lamentatione, Prooemio L. V, I. O. *Quis mihi bonus, ait, parens ignoscat, ſi — quis in me eſt alius uſus vocis, quam ut incuſem Deos, ſuperſtes omnium meorum? nullam terras* despicere *providentiam teſter?* Quod vix alibi legerat hac propria poteſtate, vel idcirco ſolum probare debuerat *Burmannus*, neque aliam lectionem, ſi vel Codices darent unus & alter, *reſpicere.* Cum iſtis *Quinctiliani* comparentur Critiae vel Atlantici *Platonis* quae nunc ſunt ultima T. III p. 121, ubi ſummi Dei domus regalis, ſive *coeleſtis curia*, κατὰ μέσον παντὸς τοῦ κόσμου βεβηκυῖα, καθορᾷ πάντα ὅσα γενέσεως μετείληφε· *omnes res creatas despicit.* In *Xenophontis* Κ. Π. III. p. 43, 9, *e ſummis montibus* καθεώρων τῶν Χαλδαίων τὰς οἰκήσεις. conf. *Xenoph.* Ἑλλην. IV. p. 309, 30. & *Ariſtophanes* in Equit. v. 170, 171, 172. aliique.

vſ. 2. *Qui ſtellarum ortus comperit atque obitus*] Quia Codices praebebant, quod eſt etiam in Voſſianis, *ortus* — atque *abitus*, quod vulgatur, a correctoribus, & genuinum eſſe *abitus* contendit *Ianus Meleager* in *Catullum* Spicilegio p. 31. ſuum illud ſequentium Editorum nemini potuit adprobare: mihi quoque *ortus* — *atque obitus*, conſueto more, ſcripſiſſe videtur *Catullus:* ἀστέρων,

vel

vel ἄϛρων, ἀνατολὰς ϗ δύσις, vel δυσμὰς, vel κρύψεις, ſic dixerunt; *ſtellarum*, *ſiderum*, *ſignorum ortus atque obitus*, quos, non obſervatos in transcurſu, ſed *compertos* habuit *Conon*; qui certam praeterea rationem cognoverat obſcurati Solis &c. *Comperit* enim, quomodo Solis lumen obſcuretur; quomodo ſidera certis, diverſis tamen apud diverſas gentes, temporibus, recedant, vel occidant. — Solis autem nitor obſcuratur, *cum*, noſtris oculis *oppoſita*,

— Luna means Hyperionis officit orbi.

vſ. 5. *Vt Triviam, furtim ſub Latmia ſaxa relegans, Dulcis amor gyro devocet aërio;*] Hominum vulgo *deſiderata* Luna, quam ſaepenumero, fortaſſe velut *terram multarum urbium & montium*, (ſic illam iam dicebat *Xenophanes*) *conſideraverat Conon*, pingi venuſtius non potuit;

Cum claram ſpeciem concreto lumine Luna
Abdidit, & ſubito ſtellanti nocte peremta eſt;

quae ſunt *Ciceronis:* vid. de Divinat. I, C. XI. in fragm. Poëmatum nuperae Ed. Germ. p. 1136. Quos e *Catulli* Latinis paene Callimacheos verſus efformavit, admodum iuvenis, *Ian. Douſa Fil.* ſupra iam laudatos, hic tamen etiam (δὶς γὰρ τό γε καλῶς ῥηθὲν ὐδὲν βλάπτει, iudice *Platone* VI de LL. p. 752. C.) ſuo loco reponam;

Ὡς ποτὶ Λάτμιον ἄντρον Ἔρως γλυκὺς ἠερόφοιτον
Κρυπταδίως κατάγοι Ἄρτεμιν οὐρανόθεν.

Turnebus Adverſariorum L. XXVI, C. IX, in iſta *Catulli*, " Hoc, ait, perlepide eſt a *Callimacho* fictum, Lunam, cum eius lumen umbra „ noctis obſcuratum laborat, de coelo deſcendere „ in amplexus Endymionis: —— Poëtico com„ mento eleganter defectus Lunae adumbratus eſt; „ neque aliam eorum ſententiam eſſe arbitror." —— Quicquid Dianam ſpectat, ſive Lunam, *a qua conſopitus putatur* (Endymion; ſunt haec *Ciceronis* verba Tusc. I, C. 38.) *ut eum dormientem oſcularetur*; quicquid fere hos amores ſpectat apud veteres, haec mihi ſcribenti obverſatur: ex omnibus, praeter unum *Callimachum*, neminem novi, qui dixerit Lunam, cum ab hominibus cenſeretur *deliquium* pati, a Cupidine coelo *devocatam*, atque in antrum Latmium *relegatam*, venando feſſum venatorem ſuum *furtim* oſculari, atque ea facere, quae cum Cynthia (imo etiam τὰ μέγιστα,) ſe dormiente feciſſe gloriatur *Propertius* I Eleg. III. Huius amatorum comparet mihi quis illius dominam cum Endymione, qualem Diana Veneri pingit in *Luciani* Deor. Dialogo XI. T. I. p. 232, atque utrumque forſan ex eodem fonte, vel *Callimachi*, vel veteris *Mimnermi*, vel *Philetéo*, iſta ſcribentem hauſiſſe mecum ſuſpicabitur. Vt id unum tantum tangam, *dormitor* Endymion illic narra-

tur

tur τῇ λαιᾷ μὲν ἔχων τὰ ἀκόντια, ἤδη ἐκ τῆς χειρὸς ὑπορρέοντα· *Propertius* dormientis (quae *mollem* somnum *spirans* ab ipso fertur

Cynthia non certis nixa caput manibus;)
Nunc furtiva cavis poma dabat manibus: —
Munera, de prono saepe voluta sinu.

Sed hic, quantumvis vino correptum vehementior etiam Deus urgeret, tamen, ne quietem languentis dominae turbaret, audebat tantum

Subiecto leviter positam tentare lacerto,
Osculaque admota sumere ad ora manu.

Audacior multo Dea venatrix, primum quidem, teste *Luciano*, ἀψοφητὶ κατιοῦσα (in *antrum* nempe *Latmium* furtim delapsa,) ἐπ' ἄκρων τῶν δακτύλων βεβηκυῖα, ὡς ἂν μὴ ἀνεγρόμενος ἐκταραχθείη· (*Propertius*, *Non tamen*, ait,

Non tamen ausus eram dominae turbare quietem.)

ut divinum ardorem sedaret, non quidem ipsis verbis, sic tamen ut a Sorore magistra tacens etiam intelligeretur, nudo se concubuisse nudam fatetur: (*Propertius* II El. XII, 15,

Nudus & Endymion Phoebi cepiſſe ſororem
Dicitur, & nudae concubuiſſe Deae,)

οἶσθα, tandem dicit ad Venerem *Luciani* Luna, οἶσθα, (τί ἄν σοι λέγοιμι;) τὰ μετὰ ταῦτα· πλὴν ἀπόλλυμαί γε ὑπὸ τοῦ ἔρωτος. *quid poſt illa fecerim, cur intelligenti tibi narrarem?* hoc unum dixiſſe ſatis ſit, *amore*, nondum ſatiata, *dispereo.* — Exercitatis in iſto ludo vim forte quamdam modeſta Dianae videbitur habere reticentia, dicentis tantum οἶσθα — τὰ μετὰ ταῦτα,

Et quae deinde meus celat, amice, pudor.

Talia ſunt apud *Lucianum* plura pervenuſta: qualia *Theocritum*, *Virgilium*, *Horatium* ſimilesque ſcribentes nemo tanquam nova miratur.

vſ. 5. *Triviam — ſub Latmia ſaxa relegans,*] *Iſ. Voſſio*, in hac hiſtoria veterrima, lecta ſaepius apud Poëtas *Latmia ſaxa*, Λάτμιον ἄντρον, *Latmius Endymion*, perſuadere tamen non potuerunt, ut ab inquinando *Catullo* manus abſtineret; nam huius etiam, ut centena corrupit alia,

— *Latmia ſaxa* —

convertit in *Lamia ſaxa*; &, ut erat vir quem ex antiquitate Graeca, Romana, Orientali nihil latebat, mul-

multa protulit ad *Lamia ſaxa* ſua lectori fruſtra commendanda. Nec *Latmius* Endymion, neque antrum *Latmium*, formoſo dormitore nobilitatum, unquam poterunt obſcurari. Suspicari forte liceret, in illud antrum plures e vicinia, quae matutinae pecus agebant in pascua, irrepſiſſe Dianas ſpeculatrices, ut illic poſt venationem nocturnam cubare ſoliti ſaltem aſpectu fruerentur; atque adeo in hunc etiam ſenſum dici a vera Diana potuiſſe apud *Apollonium Rhodium* IV, 57, non ſe ſolam iuvenis amore motam *antrum* frequentare *Latmium*:

Οὐκ ἄρ' ἐγὼ μούνη μετὰ Λάτμιον ἄντρον ἀλύσκω,
Οὐδ' οἴη καλῷ περιδαίομαι Ἐνδυμίωνι.

Illic in Scholiis permulta de Endymione traduntur ex libris nobis perditis, quos plures legerat iſte *Scholiaſtes*, quam ullus (*Athenaeum* excipio, Romani cuiusdam uſum inſtructiſſima bibliotheca) Grammaticorum. Sed neque illic, nec alibi legiſſe me recordor, quod ſub teſte narrat *Athenaeus Licymnio Chio*, XIII p. 564. Deorum optimum, Somnum, (feſſi venatoris) Endymionis oculis potente *virga* ſic ſolitum *irrorare quietem*, ut palpebras illius relinqueret apertas; cur tandem? ὅπως, inquit *Athenaeus*, διὰ παντὸς ἀπολαύῃ τῆς τοῦ θεωρεῖν ἡδονῆς· idcirco ſcilicet ἀναπεπταμένων τῶν βλεφάρων κοιμίζειν τὸν ἐρώμενον. Somnum, qui tres minimum habuit filios, nemo tamen adeo mirabitur Caris adolescen-

 tis

tis ἐραστήν· Caris inquam; nam in Caria natum puerum nemo negavit; in Elide regnasse dixerat *Ibycus* secundum Scholia in *Apollon.* l. c. in quibus ab Auctore scribi non potuit, ut vulgari solet: Φασὶ δὲ αὐτὸν οἱ μὲν Σπαρτιάτην, οἱ δὲ Ἠλεῖον· *Spartiatae* ne monachis quidem Graeculis erant ignoti: dederat doctus ibi Grammaticus, ut suspicor, formam rarissimam, οἱ μὲν, Καριάτην· *Stephanus Byz.* in Καρία· —— τὸ ἐθνικὸν Κάρ, —— Κάειρα ——, καὶ ὁ οἰκήτωρ Κάριος, καὶ Καριάτης. *Herodoto* Κάρ, pro καὶ, fuit restitutum p. 533, 8. apud quem plus semel *Homereum* occurrit Κάειρα, a *Thoma M.* in Κάρ adnotatum: rarius Καρίνη est apud *Polyaenum.* Astronomus fuerit Endymion, an venator, dubitarunt veteres: ego venatorem existimo fuisse, qui, de nocte vigilans *sub Iove frigido venator*, circa tempus matutinum fessum corpus (*Theocriti* I an, ἀπ' ἄγρας Τανίκα κεκμακὼς ἀμπαύεται) in antrum Latmium proiecerit; atque in multum illic diei dormierit; hinc natam fabulam: sic veterum nonnulli secundum *Schol. Apollon.* Φιλοκύνηγον αὐτὸν γινόμενον νύκτωρ πρὸς τὴν σελήνην κυνηγεῖν, διὰ τὸ ἐξιέναι τὰ θηρία κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἐπὶ τὰς νομάς. τὰς δὲ ἡμέρας ἐν σπηλαίῳ αὐτὸν ἀναπαύεσθαι, ἅς τινα (L. ὥς τινας) οἴεσθαι πάντοτε αὐτὸν κοιμᾶσθαι —— Vt venatorem Diana, Venus amaverat Adonin; illa Latmium antrum furtim frequentaverat nocturna, isthoc aevo, quo, teste *Propertio* III Eleg. X, 33,

blan-

blanditiis furtiva per antra puellae
Oscula ſylvicolis emta dedere viris.

Venerem non puduerat in Idae montis antro cum *paſtore boum* Anchiſa inter pecudes, coram agrorum etiam cuſtodibus Divis, tam familiariter verſari, ut e Troiani paſtoris colloquio filiolum Aenean conceperit. Qui Romanum, atque idcirco Cyrenaeum etiam *Callimachum*, inter noſtrates hac inprimis aetate ſuo merito maximi faciunt, libenter aliquot eius hic verſus legent, dudum ante a me emendatos, quam nuper renovatam vidiſſem Editionem. Vt nunc legimus *Propertiana*, ad mentem, quod nollem, quodque ipſe noluiſſet *Burmannus Sec.*, *Scaligeri* diſpoſita, haec vulgantur velut in Elegia XXIII. L. II, v. 89,

Ipſa Venus, quamvis corrupta *libidine Martis,*
Num minus in coelo ſemper honeſta fuit?
Quamvis Ida Parim *paſtorem dicat amaſſe,*
Atque inter pecudes adcubuiſſe Deam.
Hoc & Hamadryadum ſpectavit *turba ſororum,*
Silenique ſenes, & pater ipſe chori.
Cum quibus Idaeo legiſti poma ſub antro,
Suppoſita excipiens, Nai, *caduca manu.*

Singulis horum quatuor diſtichorum vitium ineſt, me iudice haerens in vocibus, *corrupta*, — *Parim*, — *ſpectavit*, — *Nai.* — Dea hic inter-

pretibus *Oenone* videbatur, quia paſtorem illa Parin amavit: ſed nympham *Deam* dici a *Propertio* potuiſſe, neque *Broukhuſius* putabat, nec *N. Heinſius:* his iudicibus rem iſtam committamus decidendam; quibus ego ſine ulla dubitatione adſentior: de Nymphis, ut Deabus, multa dici poſſunt, quae iudicarem a politiſſimo Poëtarum alieniſſima: ſi quis aliter exiſtimat, huic auctor ſim, ut ipſam adhibeat Oenonen; eiusve *Ovidii* manu ſcriptam Epiſtolam: quid, quaeſo, mirum, ſi puellam agreſtem

Ida Parin paſtorem dicat amaſſe,
Atque inter pecudes accubuiſſe:

Ruſtica Nympha Oenone, ſive inter armenta, ſeu in paupere Paridis, qui tum *ſervus* adhuc habebatur, caſa cum paſtore concubuerat:

Saepe (ait) *greges inter requievimus arbore tecti;*
Mixtaque cum foliis praebuit herba torum.
Saepe ſuper ſtramen foenoque iacentibus alto
Defenſa eſt humili cana pruina caſa.

Fluminis iſta filiola, ſi *Dea* dici potuit, Dearum certe fuerit ſeveriſſima atque ignorantiſſima: nam ipſius Apollinis amantis — *rupit ungue capillos,* & Helenam, dicit, *de patria*

Neſcio quis Theſeus abſtulit ante ſua.

Sed

Sed iſtam opinionem hic peperit importunum Paridis nomen; ab illo primum, ut ſuſpicor, nec uſitato more (*Parin* enim ſcribere ſolent) poſitum, qui hos tantum viderat e veteri membrana, vel in illa, literarum ductus,

Quamvis Ida boim *paſtorem dicat amaſſe.*

Reſtituamus,

Quamvis Ida boum *paſtorem dicat amaſſe;*

Hoc quando feliciter, ut puto, ceſſit, cetera etiam vitia ſuſpicabor me correxiſſe, ſi ſic ſcriptos verſus *Propertii* poſſum ſtudioſis approbare:

Ipſa Venus, quamvis correpta *libidine Martis,*
Num minus in coelo ſemper honeſta fuit?
Quamvis Ida boum *paſtorem dicat amaſſe,*
Atque inter pecudes accubuiſſe Deam:
Hoc & Hamadryadum ſpectârit *turba ſororum,*
Silenique ſenes, & pater ipſe chori;
Cum quibus Idaeo legiſti poma ſub antro,
Suppoſita excipiens, Diva, *caduca manu.*

Ex his lectionibus placebunt Editionem novam *Propertii* conſulentibus *ſpectarit,* — & *Diva:* dubitare forte quis poterit, an non Venus dici etiam poſſit

corrupta libidine Martis.

 Puel-

Puella Latine dicitur *auro*, *pretio*, *mercede corrumpi*, vel *corrupta*; *amore*, *cupidine*, vel alterius *libidine* num dicatur, nunc non recordor: ſed Dea corrumpi ne a Marte quidem potuit; &, quando *iacuere ligati Turpiter*, ſi dici poſſet *corrupta* Venus, num *corruptam* Superi *riſiſſent*, ut a veraci vate *riſiſſe* dicuntur: quod de coeleſtibus animabus quis ſibi tandem facile perſuadeat? Quam vero Mars in ſui amorem *rapuerat*, Martis cupidine fuit, vel libidine, rapta, & *correpta*; quo ſenſu *Callimachus* dixit Epigr. XXXII,

Εὐξίθεός σε συνήρπασε· *te corripuit.*

diciturque, praeter ceteras, ab *Ovidio*

Byblis Apollinei correpta cupidine fratris.

atque inter animalia,

Femina femineo correpta cupidine nulla eſt.

De ſe ſcribit ipſe *Propertius* III Eleg. XXIII, 13, (Conf. I El. III, 13.)

Correptus ſaevo Veneris torrebar aheno.

Sed hoc non cadet in dubitationem, neque illud nunc amplius, ut opinor, quin ſuperius adſcripta *Propertiana* de una ſint Venere intelligenda. *Num minus fuit* — Venus *in coelo honeſta*; quamvis

Ida

Ida dicat illam amasse *boum pastorem?* Sic dicere debuit, qui Romanis auribus ingratam *bubulci* non adhibuisset adpellationem. Ποιμὴν *ovium* est *pastor*; αἰπόλος, *caprarum*; *boum pastor* est βουκόλος· *equorum*, ἱππονόμος· ἱπποβουκόλοι, in *Eurip.* Phoen. v. 28, sunt βουκόλοι τῶν ἵππων. *Aeliano* de N. A. XII, C. XLIV. ut ἱπποκόμος τῶν καμήλων dicitur a *Philostr.* de V. A. II, c. I. — *Dion Chrysost.* Or. LVI. p. 564. D. εἰσί τινες ἀνθρώπων ἄρχοντες, ὥσπερ ἕτεροι μὲν αἰγῶν, ἕτεροι δὲ ὑῶν, οἱ δέ τινες ἵππων, οἱ δὲ καὶ βοῶν· profertur ibi *Cratini* versus, ut hiatus illic indecorus evitetur, sic scribendus:

Ποιμὴν καπίστης, αἰπόλος, καὶ βουκόλος.

Puellis despecti *tardiores* forte bubulci (in Ecloga *Virgilii*, *Venit & upilio*; tardi *venere bubulci*) saepe Venerem obiecerunt non dedignatam amare *boum pastorem Anchisen*; Dianam amantem Endymiona, boves olim etiam pascentem; ipsam quinimo Cererem, quae cum Iasione rem habuerit. Tres isti felicissimi, a magnis quippe Deabus amati, pastores iunguntur ab *Ovidio* II Trist. v. 299,

In Venere Anchises, in Luna Latmius heros,
In Cerere Iasion, qui referatur, erit.

Ista canens eorum recordabatur, quae legerat olim in Theocriteis Eid. XX, 34. ubi βουκολίσκος se ut boum

boum pastorem, βωκόλον, a dura despici puella cum indignatione queritur: οὐκ ἔγνω δ', inquit,

> Οὐκ ἔγνω δ', ὅτι Κύπρις ἐπ' ἀνέρι μήνατο βώτᾳ,
> Καὶ Φρυγίης ἐνόμευσεν ἐν ὤρεσιν.
> Ἐνδυμίων δὲ τίς ἦν; οὐ βωκόλος; ὅνγε Σελάνα
> Βωκολέοντα φίλασεν· ἀπ' Οὐλύμπω δὲ μολοῖσα
> Λάτμιον ἀννάπος ἦνθε·

Quod in eodem Eid. satis audacter *Theocriti* dicit bucolicus in ipsum suum O. M. Iovem,

> διὰ παῖδα βοηνόμον ὄρνις ἐπλάγχθης·

(sic e Vaticano Cod. restitutum,) aptissimum referri poterit ad versum *Propertii*, de Theocriteo effictum, in hac ipsa Elegia XXIII. L. II, 20. ubi inter *dulcia furta Iovis* ne illud quidem omittitur:

> *Denique ut ad Troiae tecta volarit avis.*

Caprarius, a dura Amaryllide despectus, in *Theocr.* Eid. III, 46 &c. *Adonin* memorat, *Endymionem*, & *Iasionem:* quem illic omittit, *boum pastorem*, *Anchisen* Veneri moriens Daphnis acerbe obiicit in Eid. I, v. 105,

> Ὦ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βωκόλος, ἕρπε ποτ' Ἴδαν.

qui illic sequitur versus est a mala manu.

vs. 6.

vf. 6. *Vt Triviam — Dulcis Amor gyro devocet aërio*] *If. Voffius* etiam edidit *clivo*, velut veterum librorum altera meliorem lectionem: nihil adeo proferens, quo *clivum* nobis adprobet; fatis pro imperio, *non habet*, ait, *palatum nec aptus eft ad litterarum ftudia, qui hanc non admittit lectionem.* — Brutis iftiusmodi fulminibus, quae neminem terrefaciunt, incaffum iaciendis pudentius abftinerent etiam primarii, hisque longo intervallo proximi, Critici. —— Cum in antiquo Codice, literis aliquot male repetitis, fcriptum effet *givodero;* in apographis quod non intelligebant omiferunt; ut in Codd. duobus Voff. Leid. Bibl. in quorum altero voci fpatium fuit relictum: in tertio quodam apographo, *clivo* reperit *Voffius;* in quarto, *curru*. — *Gyro* iam praebet Ed. A. MCCCCLXXIV. Sed qui praefuit Editioni A. MCCCCLXXXI, recepit *clivo:* prius probarunt *Achilles Statius, M. Ant. Muretus, Iof. Scaliger, Ian. Doufa F. Anna Fabri* &c. γῦρος, *gyrus*, *circulus* eft, vel *orbis:* vid. *T. H.* in *Scholia* ad *Ariftoph.* Plutum v. 1038. p. 376. *Orbem coeli* dixerunt; ut *orbem terrae:* ὁ κατέχων τὸν γῦρον τῆς γῆς interpretis eft *Iefaiae* XL, 22. *orbem coeli*, γῦρον hic dixiffe videtur *Callimachus* ἠέριον· ut certe *Callimacheum* ἐν ἠέρι mox interpretatur *Catull. coelefti in lumine*, quod recte animadvertit *Ian. Doufa Fil.* His a me iam fcriptis, monuit me *Laur. Santenus*, qui quicquid fibi *Petrus Burmannus Secundus* ad *Catullum* exornandum paraffet,

rasset, id omne suo sibi redemit aere, voces *gyro*, & *clivo*, Codicum etiam auctoritate firmari; sibi autem videri scriptum a *Catullo*, *curru:* hanc in rem adscripserat *Santenus Tibulli* versum I El. IX, 24,

Cantus & e curru Lunam deducere tentat.

& ad hanc lectionem commendandam plura occurrent requirenti.

vs. 7. *Idem me ille Conon coelesti lumine vidit E Bereniceo vertice caesariem.*] In Codd. a me adhibitis hic erat, *ebore niceo* vel *niteo*. In *Bereniceo vertice* nullus Editorum vitium fuit suspicatus; *Anna* tamen *Fabri* Patrem legisse scribit, *Beroniceae vertice:* mihi *Bereniceae* vertex sic placet, ut *Tanaquillum* nobis *Fabrum* hic formam putem nominis restituisse *Callimacheam* Βερενικείης· qualis est *Penelopes* Homeréa, sive potius Ionica, Πηνελοπείης. — Herculis amor, Euryti filia, cui non dicitur *Iöle*, Ἰόλη; a quibusvis certe Poëtis Graecis Latinisque: *Homerus* neque Euryti fecit, saltem ut ab Hercule occisi, neque *Iöles* Eurytiados usquam mentionem: historiam, quam *Sophocles* sequutus est in Trachiniis, enarrantes Grammatici semper dixerunt Ἰόλην· unus illam *Callimachus* dixit Ἰόλειαν, in Epigr. VI. *Europen* Εὐρωπείην vocavit *Pherecydes:* hinc ista forma rema[illegible] *Scholiis* in *Eurip.* Phoen. v. 5. Ἰοδάμειαν ter dixit *Pausanias* IX. p. 778. quam illic

lic Ἰοδάμαν appellant Boeoti. Quam omnes vocant *Iphigeniam*, semel dixit Ἰφιγόνην *Euripides* in Elec. v. 1023; Ἰφιγόνης enim scripserat, non, quod vulgatur, Ἰφιγόνης· apta quaedam dedit illic, a *Musgravio* repetita, *Barnesius*; multo tamen meliora *T. H.* in *Hesych.* T. I. p. 1418, 18. & in *Callim.* Fragm. p. 489. —— Ipsum *Bereniceae* nomen in exemplum profert alterius formae *Eustathius*, sub teste tamen prorsus inexspectato, in *Homeri* Od. A. p. 50, 1. Ὥσπερ —— Ὑψιπύλεια, —— Περσεφόνεια, οὕτω καὶ —— Πλειστολόπεια· καὶ, Βερονίκη, Βερονίκεια παρ' Ἡροδότῳ. In *Herodoti* historia neque est, neque esse potuit locus *Bereniceae*: —— Corrige, sodes, Ἡρωδιανῷ· nomina *Herodoti*, *Herodori*, *Herodiani* quae scribi solent in Codd. compendifacta, ubique sunt inter se male permutata.

Iam vero *Callimachi* Graeca, quae huius nobis particulae supersunt, paulo hic a me melius scripta sunt, quam ante fuerunt: sic primum in *Theonis* edita Scholiis in *Arati* Phaenom. v. 146, prodierunt: ἡ δὲ Κόνων ἔβλεψεν ἐν ἠέρι τὸν Βερονίκης Βόστρυχον, ὅντ' ἄρα κείνη πᾶσιν ἔθηκε θεοῖσιν. a vicinis separata Pariisiis, A. MDLIX, edidit *Guil. Morel.*

„ Η δὲ κόνων ἔβλεψεν ἐν ἠέρι τὸν Βερονίκης
„ Βόστρυχον, ὅντ' ἄρα κείνη πᾶσιν ἔθηκε θεοῖσιν.

Literis aliquot omissis, suum Graecis modulum reddidit *M. Ant. Muretus*, in *Catull.* Comment. p.

p. 101. b. hac ratione vulgatis; Ἠδὲ Κόνων μ' ἔβλεψεν ἐν ἠέρι τ̃ Βερενίκης Βόστρυχον, ὃν κείνη πᾶσιν ἔθηκε θεοῖς. ſic ſcripta publicavit in *Theonis* Scholiis *Io. Fellus* p. 21. hinc ſimiliter iſta repraeſentavit, praeter alios, *Bentlejus*. — Sed qui primus inter recentiores e *Theone* protulit *Callimachea*, *Angelus Baſſus*, qui ſub nomine maluit innotescere *Politiani* a patria ducto, Miscellan. C. LXVIII, ſic ſcripto diſticho,

Ἢ με Κόνων ἔβλεψεν ἐν ἠέρι τ̃ Βερενίκης
Βόστρυχον, ἢ κείνη πᾶσιν ἔθηκε θεοῖς.

adiecit Latina, quae ſenſu vacant:

Vel me Conon vidit in aëre Berenices
Crinem, vel illa omnibus poſuit deis.

Eadem poſt *Politianum* attigit *Achilles Statius* Luſitanus, in Obſervat. difficilium aliquot locorum Gr. & Lat. Cap. VII. Adfert illic primum *Callimachea*, prout illa dederat *Politianus*; deinde qualia leguntur in Ed. prima *Theonis* in *Aratum*: tandem, "Politiani, ſcribit, lectionem probabiliorem „ facit interpretatio Catulli. Nunquam enim, opi„ nor, illos, ſiquidem Heroïci fuiſſent, in Lati„ nos elegos convertiſſet Catullus. Vertit illos „ duos Catullus quatuor —— verſibus &c." Si curatius inquirerem Callimacheis uſos recentiores, minuta videretur iſta diligentia. —— In verſuum

primo

primo, fine controverfia, vitiofa funt, ἣ δε (& Η δὲ) Κόνων ἔβλεψεν· *Politiani* Ἤ με Κόνων ἔβλεψεν, qui paulo poft etiam fcripfit, ἣ κεῖνη· quam nullam praebeant fententiam, Latina monftrant adiecta. A modeftis Criticis ob errores commiffos nec *Politianus*, neque alii facile reprehendentur, qui eadem aetate aut paulo poft vixerunt, antequam ingenii fui lumen veterum fcriptis admoviffent illuminandis *Paulus Leopardus*, *M. Antonius Muretus*, & horum fimiles. —— Vnum ex omnibus forte quis miretur *Bentlejum* in Callimachéis Fragm. fic ifta fcribentem, (p. 434. Ed. novae p. 581.)

Ἠδὲ Κόνων μ' ἔβλεψεν ἐν ἠέρι·

Et Conon me in aethere confpexit.

quippe qui, Graece etiam perdoctus, mentem intendens mox animadvertiffet Ἠδὲ, *Et*, ab ifta fede alienum, fenfum praebere nullum. Vere fcripfi:

Ἦ με Κόνων ἔβλεψεν ἐν ἠέρι·

Certe, profecto, me Conon in coelo vidit: femel admoniti, Graece fcientes fic fcribendum effe mox fatebuntur: minus peritis centum exempla facile poffent adnumerari; fed his fatis erit adhibuiffe laboriofum opus Graece Eruditiffimi & Celeberr. *Hoogevenii*, Doctrinam Partic. p. 483. Eft illud ἦ, fignificans ὄντως, *vere*, frequens inprimis in fententen-

tentiis apud Tragicos; ex *Callimacho* hoc unum sufficiet ex Epigr. XLIX, 4,

Ἦ πανακὲς πάντων φάρμακον ἁ σοφία.

Quum hae chartae Callimacheis sint emaculandis vel illuminandis destinatae, atque inter Epigrammata legantur, quae videri queant ex Elegiacis carminibus excerpta, partem saltem hic adscribam istius Epigrammatis meliorem, quam solet vulgari:

Ὡς ἀγαθὰν Πολύφαμος ἀνεύρατο τὰν ἐπαοιδὰν
Τῷ 'ραμένῳ, μανίαν οὐκ ἀμαθὴς, ὁ Κύκλωψ.
Αἱ Μοῖσαι τὸν ἔρωτα καθισχναίνοντι, Φίλιππε,
Ἦ πανακὲς πάντων φάρμακον ἁ σοφία.
Τῷ (δοκέω) χ' ἁ λιμὸς ἔχει μόνον ἐς τὰ πονηρὰ
Τἀγαθόν· ἐκκόπτει τὰν φιλόπαιδα νόσον.

Secundum versum a se sic emendatum mecum per literas communicavit *Eldikius* Zutphaniensis; cuius mihi sincerum saltem videtur τῷ 'ραμένῳ· τῷ ἐραμένῳ· *amanti:* placuit *Homericum* Ἔρασθαι hujus aetatis e Museo Regio Poëtis. In penultimo vs. Τῷ, *idcirco*, est *Callimacheum:* h. in Iov. v. 58, 80. Dian. v. 62, 80. Del. v. 15, 275. &c. —— Sed non satis liquet, qua ratione haec cohaereant cum iis, quae proxima praecedunt: quaedam forte nobis perierunt olim interposita.

Cal-

Callimachea *Catulli* Coma, *me*, ait,
— *me Conon coelesti in lumine vidit.*

Graece dixerat,

[Ἦ] με Κόνων ἔβλεψεν ἐν ἠέρι·

ne temere quidem de multis verbum Poëta selegit βλέπειν, significans eximie, toto *vultu converso contueri*, vel *considerare*: *coelesti in lumine* dicit; & infra v. 59, de Ariadnes corona,

ne sola in lumine coeli
Fixa — foret.

ἐν ἠέρι. ἀὴρ, αἰθὴρ, οὐρανὸς, κόσμος in talibus solent a Poëtis permutari: — Sed vocula *in* neque in Codd. Leidd. a me adhibitis, nec in Codd. aut in primis Edd. *Santeni* reperitur; in his legitur & in Codd. penes *Santenum* vel *coelesti numine*; vel *coelesti munere*; *coelesti in limine* legendum videbatur *N. Heinsio*; *coelesti lumine*, *Gul. Cantero* Nov. Lect. IV. c. 2. sed *Horatii Virgiliique* loca, quibus eam in rem utitur, rectius omisisset: „ utrum porro lumen hoc (verba sunt *Canteri*) „ de aëre similiter intelligendum sit, quemadmo- „ dum dixerat Callimachus ἐν ἠέρι, an potius ad „ fulgorem referendum, dubitari posse video. Prio- „ rem quidem sensum qui sequatur, aliquid adiun- „ gat necesse est, utroque tamen modo fit, ut „ *Lumine* sit, non *Numine* legendum."

—— *Coeleſti munere*, quod veterum Codicum nititur auctoritate, *Santeno* meo placet ut genuinum; hoc equidem nunc tandem arbitror, ſive, quod etiam malim,

coeleſtum munere vidit
Fulgentem clare ——

a Catullo profectum: iſta commodum meminerem me legere *Manilii*, I, 26,

Quem primum interius licuit cognoſcere coelum,
Munere coeleſtum?

II, 115, *Quis coelum poſſet, niſi coeli munere noſſe?*
IV, 876, *Perſpicimus coelum; cur non eſt munere coeli*
Inque ipſos penitus mundi deſcendere cenſus?

vſ. 9. —— *quam multis illa Deorum* —— *pollicita eſt.*] *multis* —— *Dearum*, praeferunt Codd. ſcripti, Voſſiani quoque; nec primis Commentatoribus *Catulli* ſuſpecta mentio fuit *Dearum*: *Parthenius* Deas etiam nominat, quibus comam videri poſſet dedicaſſe, Venerem, Iunonem, Pallada; Gratias quoque: πλήξῃσι θεάων in *Callimachi* fuiſſe verſu ſuſpicabatur *Achilles Statius*: quam ſuſpicionem refutarunt prolati verſus *Callimachi*. —— *Santenus*, " an *Deorum* in Cod. exſtet, ignoro. novi
" duo-

„ duodecim MSS. qui *dearum* exhibeant; quod „ placuiſſet fortaſſe Vulpio." De Coma Diis *dedicata* paulo inſolentius, quod eſt in Callimachéis,

ὃν κείνη πᾶσιν ἔθηκε θεοῖς.

ſcripſerat fortaſſe more ſolemni,

ὃν Κείνη πᾶσ' ἀνέθηκε θεοῖς.

quam omnibus illa Diis dedicavit. πᾶσι —— θεοῖς, ſaltem congruit infra ſcriptis hac eadem Elegia, v. 34,

me cunctis *pro dulci coniuge Divis*

pollicita es. Qua tandem ratione hic ab eodem dici potuit *Callimacho*, a *Catullo* certe,

quam multis *illa Deorum*

pollicita eſt? Quamobrem, in carmine non prolixo, eodem verbo res erat repetenda? Primum exiſtimo, *Theonem Callimachea* contraxiſſe, atque e quatuor verſus effeciſſe duo, quibus ut ſenſus ineſſet, more Grammaticorum, verbum ab illo potuit alio mutari. —— Deinde vehementer dubito, legamusne verba *Catulli*, quae *Callimacheis* amiſſis reſpondeant. Non profecto mihi placent, nec quod de *Conone* dicitur, Reginae vidiſſe *caeſariem*,

Fulgentem clare;

neque etiam quod de Berenice,

quam multis illa Deorum

pollicita est: & cur, quaeso, in hac sua pollicitatione, fingeretur a *Callimacho*

Levia protendens brachia?

Sed praesertim displicent isti *multi Deorum*. Infra sapientior illa *cunctis* comam *Divis* pollicebatur. An non metuisset Regina istorum Deorum vindictam, quos ceterorum numero eximeret, velut hoc dono minus dignos? An ignorabat Coelestium suorum iras, & incredibilem cupidinem, qua flagrabant, vindictae, ob levem saepe noxam petulantis adolescentis, vel senilis memoriae, non nisi humano sanguine exsaturandae: unam si cogitasset irritabilem Deam venatricem, quantum in Aulide malorum Graecis, quantum intulerit moeroris Agamemnoni, propter cervum inconsiderate necatum; quantum dudum ante Aetolis, quia fuerat in solemni sacrificio forte fortuna praeterita. Habebant & in Aegypto Dii laesae maiestatis ministros, qui vix placabilem ipsorum vindictae cupidinem possent exsaturare. Vt brevis sim, suspicor hos versus, 9, & 10,

Fulgentem clare, quam multis illa Deorum,
Levia protendens brachia, pollicita est,

nec

nec *Callimacheos* esse, neque *Catulli*, sed loco versuum hic olim scriptorum, qui in membrana veterrima vix legi potuerint, ab alio longe recentiore positos. —— Sufficiebant infra scripta v. 61,

> —— *sed nos quoque fulgeremus*
> *Devotae flavi verticis exuviae.*

Mea sententia ne *Conon* quidem dicere sustinuisset *clare fulgentem* se vidisse Reginae caesariem: non ante observatas, vidit *Conon* in cauda Leonis quasdam stellas, non *Fulgentes clare*, sed, quod omnes fatentur, obscuriores, sic positas, ut facile credentibus persuaderet, qualia suae quisque aetatis hominibus veteres persuaserant Astronomi. —— Quis testis citari poterit melior *Eratosthene*, qui eadem aetate, eadem in urbe, eumdem habens sui aeque ac amantem *Callimachi Cononis*que Regem, Mathematicus, & Poëta simul elegantissimus floruit? Iam vero *Eratosthenes* in Leonis Catasterismo, ὁρῶνται, ait, ὑπὲρ αὐτὸν ἐν τριγώνῳ κατὰ τὴν κέρκον ἀμαυροὶ ἑπτὰ (ἀστέρες,) οἳ καλοῦνται Πλόκαμος Βερενίκης Εὐεργέτιδος. hunc, oculatum, ut credibile est, testem, alii sequi debuerunt; neque dicere potuit, me iudice, sive *Callimachus*, seu *Catullus*, Berenicéae comam *Fulgentem clare*. Nihil addam de Reginae, paulo post repetenda, pollicitatione.

vſ. 11. *Qua Rex tempeſtate, novo mactus hymenaeo, Vaſtatum fines iverat Aſſyrios.*] A Callimacheis paulo alieniora his in obſervatis vellem tam iucunde legerentur ab harum Literarum ſtudioſis, quam a me certe lecta ſunt, aliisque, alieniſſimis ſaepe locis a *Ioanne Hildebrando Withofio*, Patre, publicata Duisburgi ad Rhenum, cui Criticus minime vulgaris primarium diu fuit ornamentum. huius libellos Latinos, atque e Germanicis pereuntibus chartis ſelectas in Auctores veteres obſervationes, uno vellem volumine Filiorum aliquis clariſſ. publicaret. — Edidit anno huius ſeculi XXXVII *Orationem de Telchinibus antiquiſſimo totius terrarum orbis populo*, cui ſubiecit *emendationes quorundam Callimachi & Catulli locorum:* in his monuit, p. 47, pro vulgatis, *novo* auctus *hymenaeo*, corrigendum eſſe,

— *novo* mactus *hymenaeo.*

„ Artis, ait, Poëticae Criticaeque gnari cauſam „ facile intelligent." — Nollem vero *Withofius*, de *Scaligero*, Callimachea per — Ζεῦ πάτερ ſupplente, ſcripſiſſet: " monendum eſt, ſibi illum tri„ buiſſe, quod iam Muretus divinarat, Ζεῦ πάτερ, „ ὡς Χαλύβων πᾶν ἀπόλοιτο γένος· quod in tanti ſto„ machi viro pene mirandum eſt." — Sed qui *Scaligero*, ad quem Latinorum tales Poëtarum, quamvis ingenioſiſſimi, correctores nunquam utique

que poterunt aequiparari, tantillam rem ausus est obiicere, hoc ipso in loco *sibi* ipse *tribuit*, *quod* illa ipsa septuaginta annis ante *iam divinarat*, cuius in *Callimachum* observationem, p. 45, ut mulieris *politissimae* laudaverat: sic enim illa in Callimachéa *Catulli*. " Novis auctus h.] suspicor legendum *mactus*: nam τὸ *auctus* nihil aliud videtur quam glossema τῷ *mactus* appositum, & postea, ut fieri amat, in textum receptum." Neque tamen dubito, quin, horum oblitus olim a se lectorum, *Withofius* suum dederit *mactus*; sed, idem evenisse summo his in literis viro, sibi persuadere debuerat. —— Novo Rex auctus honore, dicitur a *Catullo novo mactus hymenaeo*; ut formulam videatur in sacris solemnem respexisse, cum Deos thure, vino, vel alia re, praeter hostiam immolatam, honorarent; *macte hocce vino esto*: ex *Ciceronis* opere de Rep. *Nonius* adfert in v. *Mactare*, — *ferunt laudibus*, *mactant honoribus*. — Hac lectione turpis evitatur hiatus, quo versum deformem legere tamen maluerunt *Achilles Statius*, & *Scaliger*, quam admittere lectionem a sciolo invectam, *novis auctus hymenaeis*: *novo auctus hymenaeo*, quod in suis invenere Codd. est & in Vossianis Leid. Bibl. — In margine Edit. Venetae Gryph. A. MDLIII, legitur — *novo cedens hymenaeo*; quod, satis absurdum, audacis est correctoris, cui displicebat hiatus, quocum Virgilianus, in *femineo ululatu*, non debuerat com-

parari. In Edit. Guariniana, a. CIↃIↃXXI, iam vulgatum *cedens*, monuit me *Santenus*.

Ibid. *Qua Rex tempeſtate — Vaſtatum fines iverat Aſſyrios.*] Syros *Aſſyrios* etiam dici monuerunt, ſed ne verbo quidem hanc attigere Ptolemaeorum tertii expeditionem *Catulli* commentatores, quos ego certe viderim: minus mirum eſt, carminis *Catulli* hiſtoricos non meminiſſe recentiores, praeſertim Theologos, quorum eruditioribus perſuaſerat *S. Hieronymus*, hanc Euergetae Ptolemaei in Syriam expeditionem, qua Babylonem usque protracta Deorum etiam ſimulacra, ex Aegypto olim a Perſis ablata, in Aegyptum reportari curaret, ab Hebraeo vate *Daniele* praedictam c. XI, 7. Prae ceteris ſingula paene verba *Danielis* cum hiſtoricorum teſtimoniis comparavit, hiſtoriae veteris ſua aetate ceteris ex iſto hominum literatorum ordine multo peritior, *Hermannus Venema*, Commentario in hoc *Danielis* caput ante hos annos triginta Leovardiae publicato; quod ego ſcriptum, propter eruditionem, aliis egregii Theologi operibus antepono. — Sed huc ſpectantia qui tanquam Criticus ſibi ſumſerit examinanda penſiculatius, in Adulitano, quod fertur, ipſius Ptolemaei Euergetae monumento multa reperiet, quae, hiſtoricis indicta, vix etiam ad horum narrationes quadrent. Illud ſatis certum videtur, Ptolemaeum III, (qui poſt hanc expeditionem dicitur ornatus fuiſſe *Euer-*

getae

getae cognomine,) ut mortem fororis vindicaret, in Syriam cum exercitu profectum, victrices copias Babylonem usque vel duxiffe, vel certe miffe: paucis *Appianus* de Bellis Rom. Syriacis p. 211, Πτολεμαῖος, ait, ὁ τοῦ Φιλαδέλφου, ταύτης πυνθανόμενος (caedem vindicaturus fororis, & fororis filioli, Laodices fuafu patratam,) ἐς Συρίαν ἐνέβαλε, Λαοδίκην τε ἔκτεινε, καὶ ἐς Βαβυλῶνα ἤλασε. Sic ifta mihi videntur ordini nativo reftituenda. *Iuftinus* XXVII, C. 1, *Ptolemaeus*, inquit, *periculo fororis exterritus*, *relicto regno*, *cum omnibus viribus* (in Syriam) *advolat*. *Sed* (eius foror a nova nupta, Comae domina, probe diftinguenda) *Berenice*, *ante adventum auxiliorum*, — *trucidatur*. — Paulo poft de eodem Ptolemaeo, *nifi*, inquit, *in Aegyptum domeftica feditione revocatus effet*, *totum regnum Seleuci occupaffet*. — Amore fuae Berenices, (cuius forfan, ut Achillis Aiax *Ovidii*, *Frater erat* maritus) quam paulo ante duxerat uxorem, (nam fecundum *Catulli Callimachum*, hiftoricis, quos legimus, hac in re teftem multo meliorem, oculatum quippe, fuscepit expeditionem,

Dulcia nocturnae portans veftigia rixae,
Quam de virgineis gefferat exuviis;)

novae, inquam, nuptae defiderio mihi quidem potius in Regnum videtur revocatus, quam *domeftica*, quam dicit *Iuftinus*, *feditione*; cuius nemo fecit

cit mentionem, neque caussa potest excogitari probabilis. —— Quid vero nobis Iudaeus narrat *Iosephus*? Totam Syriam Ptolemaeum hunc sibi subiecisse; sed addit: Regem victorem non suis in Aegypto Diis grates egisse, vel sacra fecisse, sed Deo vero Iudaeorum; profectum enim Hierosolyma, more Iudaico illic sacrificasse Deo, donaria quoque, Aegypti Rege victore digna, dedicasse: en totidem paene historici, sed Iudaei, verba e L. II contra Apion. C. v. ὁ τρίτος Πτολεμαῖος, ὁ λεγόμενος Εὐεργέτης, κατασχὼν ὅλην Συρίαν κατὰ κράτος, οὐ τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ θεοῖς χαριστήρια τῆς νίκης ἔθυσεν, ἀλλὰ, παραγενόμενος εἰς Ἱεροσόλυμα, πολλάς, ὡς ἡμῖν νόμιμόν ἐστιν, ἐπετέλεσε θυσίας τῷ θεῷ, καὶ ἀνέθηκεν ἀναθήματα τῆς νίκης ἄξια. Verum esse, quod illic nobis narrat *Iosephus*,

Credat Iudaeus Iason; *Non ego* ——

Sed saepenumero vidi, propemodum indignabundus, in historia quoque veteri Iudaeorum ab illis ipsis *Iosephum* veracem haberi historicum, qui scire debuerint, quantum in centenis narrandis deflexerit a Scriptoribus sacris suae gentis. —— Ipsum audiamus Ptolemaeum Euergetam, in Adulitano Monumento, vel qui censeri debet illud ipsius condidisse iussu, loquentem: ob victorias reportatas grates ait se agere Marti, sibi Deorum maximo, suoque genitori: in principio Monumen-

menti genus eius paternum, nec mirum, ad Herculem, ſed maternum, quod mireris, refertur ad Bacchum: In Edit. *Chishulli* Antiquit. Aſiat. p. 81, permultis gentibus enumeratis, Regum more, ſic ſatis arroganter, πάντα, ait, ταῦτα τὰ ἔθνη πρῶτος καὶ μόνος βασιλέων τῶν πρὸ ἐμοῦ ὑπέταξα. Δι' ἣν ἔχω τὸν μέγιστον θεὸν μου Ἄρην εὐχαριστίαν, ὅς με καὶ ἐγέννησε· δι' οὗ πάντα τὰ ἔθνη τὰ ὁμοροῦντα τῇ ἐμῇ γῇ — ὑπ' ἐμαυτὸν ἐποίησα· tandem in urbe Adule, ſacra ſe feciſſe dicit Iovi, Marti, & Neptuno. Quae minime Graeca ſunt in his (*Fabricium* etiam offenderunt Bibl. Gr. vol. II. p. 608,) me hic non detinebunt; eum nunc tantum in finem prolatis, ut cum mendacis *Ioſephi* fabula compararentur. Nolo tamen diffiteri, multa legi in hoc ipſo Monumento mihi vehementer ſuſpecta: fides eius nititur uno teſte, ſive monacho, ſeu certe mercatore, cui, a navigatione vaga per orbem, *Coſmae Indicopleuſtae* nomen impoſuere. Ex omni autem numero tres certe quatuorve ſunt, a Clariſſ. *Saxio* nuper etiam indicati, quibus Monumentum illud fuit ſuſpectum. Nihil in illo de vera dicitur expeditione, quam regnum ingreſſus, *Callimacho* quoque teſte, ſuſcepit in Syriam; quin imo dicitur in illo de Ptolemaeo Euergeta, παραλαβὼν παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν βασιλείαν Αἰγύπτου, καὶ Λιβύης, καὶ Συρίας, ἐξεστράτευσεν εἰς τὴν Ἀσίαν· Si regnum etiam a patre accepit *Syriae*, cur in Syriam ſuſcepiſſet expeditionem? ut more recentiorum Regum forte ſic dictus

per-

perhibeatur; in iſto Monumento praeterea totam ſibi propemodum Aſiam ſubieciſſe fertur, Meſopotamiam, Suſianam, Perſida, Mediam &c. atque ita ἀναζητήσας ὅσα ὑπὸ τῶν Περσῶν ἱερὰ ἐξ Αἰγύπτου ἐξήχθη, καὶ ἀνακομίσας μετὰ τῆς ἄλλης γάζης τῆς ἀπὸ τῶν τόπων εἰς Αἴγυπτον· reddidit interpres: *quaecunque a Perſis ex Aegypto avectae fuerant, res ſacras.* Non dixit Auctor Monumenti claris verbis, θεῶν ἀγάλματα, *ſimulacra Deorum.* Dicitur enim, direpto regno Seleuci, Ptolemaeus hicce ab *Hieronymo*, cuius permulta, a Theologo Franequerano ſcienter uſurpata, *Simſonus* exhibet ad A. M. 3759, *tuliſſe vaſa pretioſa, ſimulacraque Deorum, ad duo millia quingenta* (ingentem profecto numerum!) *in quibus erant & illa, quae Cambyſes, capta Aegypto, in Perſas portaverat,* —— Siccine vero etiam aurea & argentea *Deorum ſimulacra*, ſed quae cum templis abominabantur Perſae, in patriam reportaſſet, in hoc usque tempus ſervata, Cambyſes? Quocunque iſta vertam, me iudice, *rimarum plena, hac atque illac perpluunt.* Multo hic a me plura hanc in rem dici poſſent, quae prudentius forſan omittam; &, quibus mea disconvenire *Callimacho* videbuntur, his certe ſuspicionibus *nunc non eſſe locum* fabulabuntur; quod de adnotationibus Criticis, paulo longius atque in diverſa protractis, ingeminare ſaepius ſolebat Germanus decem Oratorum Editor, Arabicae Dialecti, Graece quoque perdoctus; ſed librorum feſtinanter edendo-

dorum mira quadam cupidine agitatus. —— Ieiuni librorum veterum Editores nonne modeſtius per aliquot annos ante copias pararent, quibus coniecturas poſtea ſuas firmarent, quam libris vacarent in gratiam librariorum, qui tales interdum alibi terrarum indigna mercede conducunt, fruſtra recentandis? mihi quidem multo ſic prudentius viderentur facturi, ſi discerent ante, quam aliorum ſe doctores profiterentur; his autem doctiores, ſi recuſarent artem Muſicam *cauponari.*

vſ. 13. *Dulcia nocturnae portans veſtigia rixae, Quam de virgineis gesserat exuviis.*] Quum adnotaret nonnulla *Iſ. Voſſius* ad *geſſerat*, eorum non recordabatur, quae legerat apud optimos ſcriptores: *Ovidii*, *Quid mecum certa praelia mente geris?* Her. XVIII, 38. ante *ignavum*, puellam amando factum ſe dicit

agilem, nocturnaque bella gerentem,

Amor. I. El. IX, 45. *acta* dicamus *nocturna*, ſive *rixam*, ſeu *bella*, vel *praelia*,

praelia virginum
Strictis in iuvenes unguibus acrium,

Horatii I Carm. Od. VI, 17. facile omnes intelligimus: *Propertius* II Eleg. 1, 45.

anguſto verſamus praelia lecto.

ge-

gerere bella non tantum, ſed dicitur etiam *gerere rixam*, & *inimicitias:* hoc cum ſaepe ſolum dixerit, alterum ipſe videtur adieciſſe *Cicero* Or. pro M. Fonteio C. XI, *an dubitatis*, — *quin inſitas inimicitias iſtae gentes omnes & habeant & gerant cum populi Rom. nomine?* — Eleganter *Catullus*, ſpectans vim vocis propriam, *exuvias* vocat, quas, rupta nocturno praelio repugnantis luctantisque virginis pellicula, victor detraxerat Ptolemaeus; qui a Graecis diceretur Eroticis νυκτομαχήσας· & πάλιν Ἀφροδισίαν παλαίσας. Epigrammatis hic Graecis ſatius erit abſtinuiſſe: iſtius νυκτομαχίας ἴχνη, *nocturni* — *vulnera praelii*, ſeu *veſtigia*, quae cuti leviter impreſſa portaverit novus maritus, absque interprete *Parthenio*, vel *Mureto*, *Catulli* lector facile intelligat, καίπερ ἔπω παλαιστής· In eos, qui *Catullo*, Graecisque *Meleagri*, *Stratonis*, ſimiliumque Epigrammatis manus admovent, dici poſſunt, in alium longe ſenſum a *Quinctiliano* ſcripta: *quos palaeſtritas eſſe nolumus, tamen eſſe nolumus eos, qui dicuntur* ἀπάλαιστοι. vox ultima ſic debuerat apud illum vulgari, litera minus, quam ſcribi ſolet.

vſ. 15, 16, 17. *Eſtne novis nuptis odio Venus? atque parentum Fruſtrantur falſis gaudia lacrymulis, Vbertim thalami quas intra limina fundunt?*] *Atque parentum* eſt in Voſſ. & in duodecim Codd. *Santeni*; in uno tantum alterove, *anne parentum* —

quod

quod primus in ſuam Ed. recepit Aldus. Lacrymas quum dicit *Catullus*, *thalami quas intra limina fundunt*, in uno Voſſiano Cod. legitur, *quas* inter limina *fundunt*: *Achilles Statius* in ſuorum Codicum duobus, prouti vulgatur, in uno reperiri ſcribit *inter lumina*; *quod ſit fortaſſe*, ait, *probabilius*: rationem non addit, cur hoc altero videri poſſit alicui melius: An *lucernam* cogitabat iſtius ſaepe *νυκτιμαχίας* teſtem? neque enim *thalami lumina* dici poſſunt faces nuptiales, ad quarum lumen domum mariti ducebantur: lacrymas, in lectulo fundendas uberius, iam ante fundebant ſive veras ſeu falſas pudicae: —— unum *Catullum* hic adhibebo in epithalamio, quod amico ſcripſit Manlio Auruncleiam ducenti, (LX,) illic v. 77,

viden' ut faces
Splendidas quatiunt comas?
Sed moraris, abit dies,
Prodeas nova nupta. ——
v. 83, — *Flet, quod ire neceſſe ſit.*
Prodeas nova nupta;
Flere deſine.

v. 18. *Non ita. ne Divi*, ut *vera* gemant, ſierint.] In hoc mihi libello licere credidi unam Elegiam edenti, quod primus damnarem in *Catulli* carminum Editore, qui de his literis optime mereretur, ſi publicaret illa, qualia homines in Italia

G lite-

literati legerunt in veteribus membranis, nullius emblematibus interpolata. — *Nicolai* nunc *Heinsii* coniecturam aliis antetuli, petitam ex ejus notis in *Catullum*, *Heinsii* Adversariis a *Burmanno* subiectis p. 649. qui illic utrumque, suum *sierint*, pro *iuverint* positum, formulamque Romanam, *Non ita*, egregie adfirmavit. Primum dubitabam, *Heinsii* probarem lectionem, an excogitatam a *Withofio*, quam, a literis vulgatis paulo magis recedentem, omnes tamen, opinor, mecum fatebuntur ingeniosissimam, & Auctore suo dignam esse; sic ille legit in libello supra laudato p. 48.

Non, ita me Divi, vera queruntur, ament.

primum, ut a vulgato *gemunt* non longe distans, *queruntur* lectori commendat; deinde proximis illud arbitratur omnium optime convenire; tandem docet, praeter ceterorum istius aetatis, formulam ipsius esse *Catulli, ita me Dii ament.* Ab hac non differt eiusdem aetatis altera, *ita sim felix:* Qui *Withofii* non vidit libellum, in eadem illi *Santenus* incidit cogitandi vestigia, cuius hic ad me scripta Lectori proponam: " Ingeniose quidem
„ Heinsius; plus uno tamen dubio laborare mihi
„ videtur illud *sierint*. tentavi aliquando:

„ Non, ita me Divi, vera *queruntur*, *ament*.

„ ut

„ ut in Epigr. 98. sed major est Cod. Vaticani,
„ quam cuiuslibet coniecturae auctoritas, & Ex-
„ cerptorum antiquissimorum, quae a Clariss. Ruhn-
„ kenio accepi. haec loco manifeste corrupto ita
„ subveniunt:

„ Non, ita *mi* Divi, vera gemunt, *aderint.*

„ quam scripturam agnoscit etiam Guarinus in com-
„ ment. quem ineunte seculo XVI ad Catullum edi-
„ dit. Donec igitur verior reperiatur, haec po-
„ tius in textum recipienda videtur. In multis Edd.
„ est *iuerint*, Avancii inventum." — In margi-
ne Ed. Gryph. A. MDLIII, haec edita legitur, quae *Guarino* debetur, coniectura,

Non, ita me, *vere, dii, gemuere, iuvent.*

vs. 21. *At tu non orbum luxti deserta cubile, sed fratris cari flebile discidium.*] Veterem tantum in his lectionem revocavi, cui hanc, a se partim excogitatam, substituit *Is. Vossius*, quem sequitur *Vulpius*;

Et tu vero *orbum* ——
Et *fratris cari* ——

Et tu vero orbum in libris manu exaratis scriptum invenisse se *Vossius* testatur; in Vossianorum, quos ego vidi, nullo legitur *vero*; sed, *Et tu non or-*

 bum

bum — in uno, *At tu non* o. prius est & in duabus Edd. primis, quas adhibui; in Aldina, quod unice verum arbitror, *At tu non.* — *Santenus* ad haec: " Recte tu quidem, reiecta Vos-
„ siana lectione, — *Et tu vero* — *Et.* —
„ *vero* in nullo vidi Codice; male itaque Vul-
„ pius in maiorem, quam dedit, Editionem Vos-
„ siana revocavit. Non dissimulandum, in initio
„ hexametri, uti in nonnullis Codd. ita in omni
„ Ed. vetere legi, *Et.* Aldinae tamen & Guari-
„ nus dederunt *At.* Initio autem pentametri in
„ *Sed* — Codd. & primi Editores, ne Guarino
„ quidem excepto, cum Aldo consentiunt. Sed
„ nihil, me iudice, est elegantius, quam quod
„ suppeditant excerpta Antonii Perreji, & ea, quae
„ Munterus noster mihi Roma attulit, Minturni:

„ An *tu non orbum luxti deserta cubile,*
„ *Sed fratris cari flebile discidium?*"

An non excusare Reginae videtur moerorem, inopinato *cari fratris* abitu potius lugentem, quam quod sola cubaret? de Cynthia *Propertius* I Eleg. XVI, 33.

Nunc iacet alterius felici nixa lacerto;
At mea nocturno verba cadunt zephyro.
Sed tu sola mei, tu maxima, caussa doloris.

Vt

Vt noſtro loco, ſic *Et* initio duorum verſuum me offendit apud *Propertium* L. II. El. xxiii, 109,

Hic mos Saturno regna tenente fuit;
Et *quum Deucalionis aquae fluxere per orbem*,
Et *poſt antiquas Deucalionis aquas.*

Non idem certe fuit mos Rege Saturno, qui fuit iam ante, quam cum uxore in arcam ſe ſuam abderet Deucalion, & poſtea; ſub Saturno *aurea* fuit aetas; ſub Iove *ſubiit argentea proles;* huic *aenea* ſucceſſit: *ferrea* tandem aetate,

Deucalionis aquae fluxere per orbem;

Iſtis,

—— *facere, ut noſtrae nolint peccare puellae.*

haec, ut puto, ſubiecerat *Propertius* proxima:

Hic mos Saturno regna tenente fuit:
Sed, *quum Deucalionis aquae fluxere per orbem*,
Et poſt antiqui Deucalionis aquas,
Dic mihi, quis potuit lectum ſervare pudicum?
Quae Dea cum ſolo vivere ſola Deo?

In *Catulli* verſu, ſimilibusque locis, nihili faciendam Codicum eſſe ſcripturam, —— *fratris cari flebile disſidium;* ne dixiſſem quidem, niſi ab Editore Italo, *Vulpio*, haec ſcripta viderem: "*Dis-* „ *cidium*] Haec vox coniugum atque amantium

„ discordiam plerumque ſignificat. Verum hoc „ loco ſolam abſentiam denotat, nempe corporum „ tantum, non etiam animorum disiunctionem.” Talia literatoribus qua vivimus aetate non deberent excidere: quid verum eſſet hìc a *Mureto* discere potuiſſet. Quantum differant *discidium* & *disſidium* tanta cum cura tamque copioſe docuit *Io. Frid. Gronovius* in *Livii* L. XXV, C. XVIII, ut his in oris illud etiam tironibus ſit compertum. —— Inter amantiſſimos coniuges, Berenicen & Ptolemaeum, nullum eſſe potuit *disſidium*; ſed jam *discidium* fuit,

Qua rex tempeſtate, novo mactus hymenaeo,
Vaſtatum fines iverat Aſſyrios.

duravit *discidium* in illud usque tempus, quo rediit Alexandriam Euergetes in amplexus carae coniugis & ſororis. —— *Fratris* hic appellationem, quam nemo alius attigit interpretum, *videri poſſe amatorie poſitam*, ſcribit *Achilles Statius*, *Tibulli* verba proferens ex L. III Eleg. 1, 23. ubi notat *Broukhuſius*. *Catullianis*, quibus utitur in nota ad *Simſoni* Chronicon, p. 1174, *Weſſelingius* iſta ſubiicit: “ Niſi Catullus Callimachum vertiſſet, „ paene dicerem amatoriarum blanditiarum hic ſig- „ num eſſe, non cognationis.” Sed ſi proprie dicta ſoror Berenice non fuit Euergetae Ptolemaei, quod neque ego verum eſſe puto, cognatione certe proxima fuit illi iuncta, & patruelis, Magae

quip-

quippe filia, fratris Ptolemaei Philadelphi, qui filiam, *quam habuit unicam*, paulo ante quam moreretur, *ad finienda cum Ptolemaeo* (Philad.) *fratre certamina, filio eius desponderat*, ut scribit *Iustinus* XXVI, C. III, cuius haec istius libri sunt ultima: *Berenice* —— *in matrimonio sortiendo iudicium patris est secuta.* Aiax *Ovidii* Met. XIII, 31, de Achille patrueli,

Frater erat; fraterna peto.

Eiusdem Hermione sic scribit Orestae Her. VIII, 27,

avus nobis idem Pelopeïus Atreus:
Et, si non esses vir mihi, frater eras.
Vir, precor, uxori, frater succurre sorori;
Instant officio nomina bina tuo.

Cognatos, ἀνεψιὲς ἢ συγγενεῖς, *fratres* κασιγνήτες iam dixerat *Homeri* Hector in Iliad. O. v. 545, talem postea *fratrem* etiam dixere *patruelem.* —— Ipsa soror proprie sic dicta Ptolemaeorum tertii, Berenice, Laodices scelere nuper in Syria fuerat contrucidata: —— mihique adeo videtur etiam patrui filiam habuisse in matrimonio Ptolemaeus Euergeta, atque huius Cyrenaicae Principis hic loqui caesaries. Ad exemplum *Homeri*, Berenice *Callimachea patruelem* suum blando *Fratris* nomine potuit appellare; cuius illa patrem noverat suumque patruum Arsinoën habuisse sororem veri nominis in ma-

matrimonio: huius cum fratre nuptias, Iovis ad imitationem factas, praeter *Theocritum*, hymno celebrasse *Callimachum* suspicor, hoc unico versu motus, quem Scholiasta nobis *Pindari*, ob verbum Καταβάλλομαι pro ἄρχομαι positum, conservavit in Nemeon. II, 1,

Ἀρσινόης, ὦ ξεῖνε, γάμον καταβάλλομ' ἀείδειν.

hic versus vel solus, numerosus, & *Callimacho* dignus, quale fuerit carmen, satis indicat. *Theocritus* initio hymni in Castores (Carm. XXII, 25,)

Κάστορος, ἢ πρώτω Πολυδεύκεος ἄρξομ' ἀείδειν,

ubi nihil esse mutandum monstrat *Callimachi* versus, (fr. CXCVI) quo ξεῖνε non debuerat *hospes* reddi, sed *lector* potius, seu, *amice*, vel *quisquis es*, ὦ οὗτος· ὦ τᾶν· de noto sibi Morsone Lacon *Theocriti* Eid. V, v. 66, — ἴθ', ὦ ξεῖνε, μικκὸν ἄκουσον· — *vicine Palaemon*, (audias haec) *Virg.* Ecl. III, 53. *Moschi* versus est Eid. I, 5,

Οὐ γυμνὸν τὸ φίλαμα, τὺ δ', ὦ ξένε, καὶ πλέον ἑξεῖς.

Sed hunc usum *Dan. Heinsius* satis iam adfirmavit Lection. Theocrit. C. XIV. — Quam vero hymno dignatus est probabiliter *Callimachus*, sororem & simul uxorem Philadelphi, Arsinoën, & in illius

En-

Encomio (Eid. XVII) & in ſecunda parte carminis XV exquiſitis laudibus, mulierem eruditorum hominum amantiſſimam, (*Athen.* VII. p. 276. B. C.) cumulavit *Theocritus*; cuius ne iſta quidem nimis ſevere reprehendemus e Carm. XVII, 130, ubi quae vocabatur in Adoniaz. v. 110;

Ἁ Βερενικέας θυγάτηρ, Ἑλένᾳ εἰκυῖα,
Ἀρσινόη —— [ſic ſcriberem, pro Βερενικεία]

dicitur

Ἐκ θυμῶ στέργοισα κασίγνητόν τε πόσιν τε·
Ὧδε καὶ ἀθανάτων ἱερὸς γάμος ἐξετελέσθη, κ. τ. λ.

vſ. 23. Quam *penitus moeſtas exedit cura medullas! Vt tibi tunc toto pectore ſollicitae Senſibus e rectis mens excidit!*] In hunc locum *Bentleji* correctionem recepi, pro vulgato, quod & Codices praebent, *Quum*, legentis, *Quam penitus moeſtas exedit cura medullas!* Optime iunguntur eiusdem hic poteſtatis voculae; *Quam* — & *Vt*; ubi pingit de rupe pendentem Andromedam *Manilius* V, 588,

Quae tua tunc fuerat facies? quam fugit in auras
Spiritus! ut toto caruerunt ſanguine membra!

quae, *Catulli* formulis ſimillima, protuliſſe etiam video *Achillem Statium*: —— hunc in uſum Ὡς adhibent, qui hoc illudve interdum cum indigna-

 tione

tione mirantur: *Plautus* in Epidico V. sc. II, 53, *Sed ut acerbum est, pro benefactis cum mali messem metas!* Ὡς δεινόν ἐστιν & similia frequentantur apud Tragicos: Incerti, forte *Sophoclis*, versus apud *Clement. Alex.* II Strom. p. 494, 8, Πρὸς δ' οἷον ἥξεις δαίμονα, ὡς ἔρωτα — sic commode scribi posset:

Πρὸς δ' οἷον ἥξεις δαίμον', ὡς στεναρότα·
Ὃς οὔτε τοὐπιεικὲς, οὔτε τὴν χάριν
Ἤδει· μόνον δ' ἔστεργε τὴν ἁπλῶς δίκην.

vid. *Aristoph.* Pace v. 619. *Theocritus* XX, 14. *Dion Chrys.* p. 16. c. *Eustath.* in Od. Υ. p. 728, 2. & *Thom. Gataker.* ad *M. Antonin.* p. 20. & 332. — Vbi *Horatio* in Epodae V, 37, a *Nicol. Heinsio* restituitur *Exesa medulla*, (*exesas genas* proprie dixit *Tibullus* I. El. XI, 37,) hic ipse Comae Berenices versus a *Bentlejo* profertur *Catullianus*, quocum γυιοβόρους μελεδῶνας recte iam comparavit *Achilles Statius*; *Hesiodo* restituit Clariss. *Ruhnken.* Epist. Crit. I. p. 48. II. p. 8. *aegritudines* dixit *Cicero* de Fin. I, C. XVIII, *quae animos exedunt conficiuntque curis*; Cap. XVI, *sollicitudines, quibus* —— *animi noctesque diesque exeduntur.* μισάνθρωπος ab *Homero* iam pingebatur in Il. Z. v. 202.

Ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

De

De paupere *Rhianus Stobaei* p. 54, 12 (*Grot.* p. 31.) praeter alia, καὶ οἱ, ait,

Καὶ οἱ θυμὸν ἔδουσι κατηφείη καὶ ὀϊζύς.

Moeror edax, pavidaeque habitant in pectore curae.

In Chori cantico Vesparum *Aristophanis* v. 286,

—— μηδ' οὕτω σαυτὸν ἔσθιε, μηδ' ἀγανάκτει.

Vt Berenicae ob absentem sive fratrem, seu quem iam una alterave nocte maritum toleraverat, sollicitae *moestas exedit cura medullas*; de Didone sua, Aeneae nondum vigorem experta, *Virgilius* IV Aen. v. 66,

est mollis flamma medullas
Interea, & tacitum vivit sub pectore vulnus;
Vritur infelix Dido. [conf. v. Aen. 442.]

vs. 25. *Sensibus e rectis mens excidit.*] Hoc ipsum qui dedit, recte cepit *Is. Vossius*, contra cuius mentem *decidit* in eius legitur Ed. quod tamen in Cod. scriptum invenit; in alio legi, *cecidit.* —— In optimis Codd. & in primis est Edd. *Sensibus ereptis:* si vel in aliis non legeretur, (in nonnullis vero legitur) *sensibus e rectis* tamen esset, mea saltem opinione, recipiendum: neque enim ereptis iam sensibus *mens* dici potest excidere; sed *sensibus e rectis excidit* toto pectore sollicitae: antea semper recte sentienti sollicitudine nunc nimia mens ve-

velut exciderat: *ſenſum* habere *rectum* Graeci dicebant γνώμην ἔχειν ὀρθὴν, & ὀρθὰ φρονεῖν· Sollicite curare Perſarum Regem ſcribit *Dion Chryſoſt.* ut ipſe ſolus rectam geſtet tiaram, ὅπως δὲ τὴν γνώμην ὀρθὴν ἔχῃ, καὶ μηδεὶς ἄλλος φρονήσει αὐτοῦ σοφώτερον, οὐδὲν αὐτῷ ἔμελεν, Or. XIV. p. 234. D. *Euripid.* Med. v. 1129,

Τί φῄς; φρονεῖς μὲν ὀρθὰ, κοὐ μαίνῃ, γύναι.

Sophocles Oed. Tyr. v. 536,

Ἐξ ὀμμάτων ὀρθῶν δὲ κἀξ ὀρθῆς φρενὸς
Κατηγορεῖτο τοὐπίκλημα τοῦτό μου;

Recte *Schol.* reddidit: ἀπὸ ἀνθρώπου σώφρονος, καὶ ὑγιεῖς φρένας ἔχοντος, ἢ — ἀπὸ καθεστηκυίας γνώμης. minus recte *Suidas* in Ὀρθῆς φρενὸς *Sophocleum* illud interpretatur; nihil ille tamen in talibus dedit, niſi in Scholiis a ſe repertum.

In eodem hoc verſu unus Codex Voſſ. *atque ego certe.* —— alius, *at ego:* tertius dabat, *aſt ego: Achilles Statius*, *atque ego* — omnino cum *Pontano* legendum ſtatuebat: *aſt ego* mihi nunc cum *Santeno* videtur optimum; prout iam ediderunt Guarinus & Gryphius.

vſ. 27. *Anne bonum oblita's facinus; quod regium adepta's Coniugium; quod non fortior ulla cluit?*] In *oblita's* &c. ſequutus ſum *Scaligeri* iudicium. —

Ex

Ex diverſis autem lectionem elegi, quae ſententiam dabat perſpicuam, excogitatam a *Withofio* p. 49, *ulla cluit* " id eſt, (inquit *W.*) quod non „ ulla mulier fortior audit & celebratur, ac tu o „ Berenice. Verbum *cluere* eo ſenſu antiquis erat „ in deliciis; idem quoque eſt optimum, Catullique „ ingenio conveniens." Praeterea Codicum atque Editionum veterum lectionem — quo *regium adepta es Coniugium*, ſequitur *W.* in Aldina primum Edit. in *quod* mutatam. In uno Leidenſium legi *quom.* &, *quum* legiſſe *Gabrielem Faërnum*, monuit *Achilles Statius*, atque illud ſibi valde videri probabile: mihi *quod* ſcripſiſſe videtur cum *Scaligero*, qui, *Anne*, ait, *oblita es, & quod nupſiſti Regi, & quod nemo te fortior ſit. Hyginum* tum memorat; cuius verba *Catullianis* iam admovit *Turnebus* Adverſ. XVI, C. 1, qualia hoc in libello leguntur p. 41. *Anna Fabri*, ad *quo.* „ Quaſi vero, inquit, facinore illo, quod ſupra ex „ Hygino retulimus, fratrem ſuum Beronice ad ſui „ amorem illexerit. Falſum. Lege igitur, ut eſt „ apud Scaligerum, *quod.*" — Poſtrema leguntur in Codd. Voſſianis, — quod non fortior *aut ſit alis.* ut in Edit. anni 1481. in antiquiore anni A. 1474 legitur, *auxit avis. Santenus* haec ad me dedit: " *adſit* in Vaticano. *aut ſit* in novem „ Codicum penes me excerptis. *auſit* in Dati „ Cod. m. s. in Perreii, Angeli Colotii, & Min- „ turni Codd. Vtramque lectionem *auſit alis*, &

„ *auxit*

„ *auxit avis*, antiquiſſimae exhibent Editiones.
„ legendum arbitror:

„ *quoi* non *fauſtior adſit* avis."

— *Alis* pro alius veteri modo *poſitum* cenſuit *Muretus*, quem, praeter ceteros, *Iſ. Voſſius* ſequutus, *an*, ait, *oblita es facinus*, — *quale nemo alius quamvis te fortior auſit?* ad illud firmandum *Lucretium* laudant, qui *alid* dixerit pro aliud; obliti, ſe hoc apud ipſum legiſſe *Catullum* Carm. XXIX, 16,

Quid eſt alid? *ſiniſtra liberalitas*
Parum expatravit?

„ Sed hoc loco, inquit *Withofius*, ubi de Berenice
„ regina ſermo habetur, eiusque heroica mente ac
„ facinore quodam ſingulari, *alia* potius, quam
„ *alius*, — ſcribendum fuiſſet." *Avis* a primis hic interpretibus de *augurio* fuit accepta, quod certe captabant nuptias inituri: *Propertii* verſus eſt (non *Tibulli*, conf. *Propert.* IV Eleg. 1, v. 40.) IV. El. v, 6,

Concordique toro peſſima ſemper avis.

In hanc ſententiam *Nic. Heinſius* Notis in *Catull.* p. 650. hic antiquo more (*foſtior*, pro *fauſtior*) ſcriptum fuiſſe ſuſpicabatur:

quo non foſtior audit avis.

Ab

Ab his, quibus me paene piget chartam impleviſſe, Lector abibit incertior propemodum, quam venerat. Ne nihil dixiſſe videar, Heinſianum *audit*, atque, eodem ſenſu poſitum a *Withoſio*, *cluit* praebeat nobis occaſionem ea hic ſcribendi, quae uſui poſſint eſſe veterum monumenta tractantibus. —— *Quod non fortior ulla* cluit, *Withoſii*, illinc commendari poterit, quod, vim vocis *inclytus* cogitantes, Romani ſuum *cluere* libentius in laude poſuerint, quam in vituperio: certe *Plautus* in talibus illud frequentavit: *ut meus victor vir belli clueat:* —— *dum vivit, victor victorum cluet:* —— *probiores cluent:* —— *facito* — *ut* — *clueas gloria.* &c. Amphitr. II, 2, 16. Trinum. II, 2, 28, 31. Captiv. III, 5, 31. &c. Illud in Bacchid. A. IV initio Sc. IX, paulo videri poterit inſolentius:

Atridae duo fratres cluent feciſſe facinus maximum.

infinitivo ſic iunxit etiam *Ennius*; ex cuius Ambracia haec ſunt apud *Nonium* in *Cluit* p. 88,

Per gentes eſſe cluebat omnium miſerrimus.

quae illic ſunt e *Lucilii* Satyr. L. XXX, *Cuia opera troginus calix p. c. c.* a *Franc. Douſa* non aliter ſcripta, ingenioſe ſic corrigebat *Iſ. Voſſius*:

Cuia opera ἀνδρόγυνος πάλληξ *per caſtra cluebat.*

ſed

ſed inſolentiſſimum, ſincerum tamen, hoc *Herodoti* L. III, C. 131, *iſthac aetate* Ἀργεῖοι ἤκουον μουσικὴν εἶναι Ἑλλήνων πρῶτοι· propius ad uſitatum morem accedit, quod ſcribit VI, C. 86, initio: *Glaucum* ἀκούειν ἄριστα, δικαιοσύνης πέρι, πάντων ὅσοι τὴν Λακεδαίμονα τοῦτον τὸν χρόνον οἴκεον. ſic etiam priore loco ſcribere potuiſſet, ἤκουον μουσικῆς πέρι Ἑλλήνων πρῶτοι. neque tamen dubito, quin noſter ille novator ſcripſerit illic vulgata; paulo tamen ante, quae *Weſſelingius* ex optimo Cod. enotata reiecit. —— Κλύειν, hoc modo poſitum, interdum latet: *Sophoclis* iſta in Trachin. v. 419,

Ἄπειμι· μῶρος δ' ἦν πάλαι κλύων σέθεν.

abſurde interpretantur: *abeo*, inquit Lichas ad Deïaniram, *a te vero dudum inſanus audio*, id eſt dicor; ſed hunc me locum iam attigiſſe video, ubi ſimilia quaedam tractavi in adnotat. ad *Lennepii Phalaridea* P. XXIII. —— In hunc ſenſum Κλύειν adhibuiſſe *Callimachus* ipſe videtur in fragm. (*Bentl.* CXXXVI.) apud *Schol. Pind.* in Nem. V, 21, Sed iſta *Callimachea* primo ſunt adſpectu obſcuriſſima. Aeacidae Telamon, Peleus, & Phocus, *Pindaro* viſi fuerant memorandi: ſed *Phocum*, ob virtutem patri dilectiſſimum, ab invidis fratribus (haec fide nituntur *Nicandri* Antonin. Liberal. c. 38,) doloſe contrucidatum dicere non ſuſtinuit *Pindarus*, qui αἰδέομαι, inquit, μέγα εἰπεῖν· —

στε-

πάσομαι · — τὸ σιγᾷν πολλάκις ἐςὶ σοφώτατον · fratricidium illud, a Telamone olim commissum, Vlysses *Ovidii*, omnia conquirens adversus Aiacem, huic claris vix ausus est verbis obiicere; cum dixisset,

mihi Laërtes pater est; Arcesius illi;
Iupiter huic: neque in his quisquam damnatus & exsul.

tamen Met. XIII, 149, *mihi*, ait,

pater est fraterni sanguinis insons.

Nunc ponam *Scholiastae Pindari* verba quaeque is habet *Callimachi:* ὁ Πίνδαρος τὸν Φώκου θάνατον — ἐκτρέπεται εἰπεῖν. μήποτε δὲ καὶ τὸ παρὰ Καλλιμάχῳ,

Ἔκλυε . . . (τοῦ μηδὲν ἐμοὺς διʼ ὀδόντας ὀλισθῇ,)
Πηλεύς·

οὕτως ἀποδοτέον; ὅτι αἱ γυναῖκες ὠνείδιζον αὐτῷ τὸν Φώκου θάνατον. *Audiebat* a mulieribus *Peleus* fratricida; sed neque τὴν ἀδελφοκτονίαν, nec damnationem, neque exilium Pelei, suorum dentium septo *Callimachus* voluit elabi. Nereïnes, ipsius Phoci amitae, matrimonium, illinc natus Achilles, utriusque res gestae a crimine iuvenili heroa censebantur absolvisse: hanc ob causam istam caedem, quantum fieri poterat, silentio suppresserunt Poëtae: matris Psamathes, quae filii caedem non ulta sit, mansuetudinem forte quis miretur; quam, post Aeacum, Protea habuisse maritum dixerat *Euripides* initio

Helenae v. 5, ubi dudum etiam a me, in verum Αἰακοῦ mutatum, vitioſum Αἰόλου nomen a *Musgravio* non debuerat relinqui. Dicitur in Scholiis in *Ariſtophanis* Nubes v. 1059. l. 12. Peleus Φῶκον τὸν ἀδελφὸν κατὰ πατέρα σὺν Τελαμῶνι δολοφονήσας· ubi ſcripſerat procul dubio Grammaticus τὸν ἀδελφὸν κατὰ πατέρα· eumdem patrem, ſed matrem Telamon & Peleus *Endeïda* habuerant Chironis filiam; Nereïnen Pſamathen *Phocus*: vid. *Apollod.* III. p. 185. *Euſtath.* in *Hom.* Il. B. p. 207, 29. &, ceteris in hac hiſtoria praeferendus, *Antoninus Liberalis* cap. XXXVIII, illic quippe *Nicandri* ductum ſequutus. Quod hinc conficias, invidia motos fratres peſſimum facinus perpetraſſe, multo videtur veriſimilius, quam quod tradit *Pauſanias* II p. 179; illum occidendo ἐχαρίζοντο τῇ μητρί· αὐτοὶ μὲν γὰρ, addit, ἐγεγόνεσαν ἐκ τῆς Σκίρωνος (Χείρωνος recte *Palmerius* em. p. 376.) θυγατρός· Φῶκος δὲ οὐκ ἐκ τῆς αὐτῆς, ἀλλ' ἐξ ἀδελφῆς Θέτιδος ἦν, εἰ δὴ τὰ ὄντα λέγουσιν Ἕλληνες. miror cur ipſum non ſcripſerit nomen Ψαμάθης· quae, ut Nereïne, ſoror erat Thetidis; haec Pelea ſuo fuit amplexu ſic dignata, ut ex illius compreſſu conceptum Achillem pepererit. —— Adulteram Venerem in ipſo lecto cum Marte ligatam Dii deprehenderunt; ſed modeſte Deas facit *Homerus* in aedibus quamque ſuis coeleſtibus manentes, quas pudebat ob Venerem ſic turpiter deprenſam: *Odyſſ.* Θ, 324,

Θηλύτεραι δὲ θεαὶ μένον αἰδοῖ οἴκοι ἑκάστη.

quae

quae ſequuntur illic, ab *Ovidio* expreſſa, ſunt pervenuſta, quibus Apollo cum Mercurio fabulatur; hic autem, unus e *Diis non triſtibus*, optat *Sic fieri turpis.* Sed optaverint ita Dii ſemper iuvenes & vegeti! Dearum certe pudori conſuluerat, non ille tamen Deorum reverentiſſimus, *Homerus*.

Vt hinc diſcant ſeveriora tractaturi iuvenes, quem uſum iſta talia habeant, hunc *Homeri* verſum ſibi ſumit exagitandum, & Dearum ſimul furta profert in lucem, Chriſtianorum veterum eruditiſſimus, *Clemens Alexandr.* in Protrept. p. 28, 33. Ἠὼς ἐπὶ Τιθωνῷ, Σελήνη ἐπὶ Ἐνδυμίωνι, Νηρηῒς ἐπὶ Αἰακῷ, καὶ ἐπὶ Πηλεῖ Θέτις, ἐπὶ δὲ Ἰάσωνι Δημήτηρ, καὶ ἐπὶ Ἀδώνιδι Φερεφάττα· Ἀφροδίτη δὲ, ἐπ' Ἄρει κατῃσχυμμένη, μετῆλθεν ἐπὶ Κινύραν, καὶ Ἀγχίσην ἔγημεν, καὶ Φαέθοντα ἐλόχα, καὶ ἤρα Ἀδώνιδος.

Quandoquidem ſupra, ad illuſtranda Callimachea, Dearum amores attigi, p. 72, notatu digniſſimus iſte locus *Clementis*, ubi tam commoda ſe offert occaſio, hic a me ſic tractari poterit, ut paulo ſcribatur emendatior, quam ſolet vulgari. *Clementinis*, quae poſui, haec proxima praemittit Latinus interpres: *Hae* (Deae) *libidinoſius adhuc vivunt, ſeque dedunt adulteriis: Aurora quidem cum Tithono* &c. —— haec ut adultera iure poſſet dici, *Cephalus* ſaltem, non nominari debuerat Aurorae maritus Tithonus: —— de *Cephalo* certe mirum videri poterit quod dicit *Eurip.* in Hippol. v. 455, nec minus, quod de *Tithono* canit *Horatius* Carm.

 I,

I, Od. XXVIII, 8. Sed huius ne ſenis quidem cubile caſta coniux Aurora fuit averſata, *Propert.* II. El. XIV, 1,

> *Cui maiora ſenis Tithoni gaudia vivi,*
> *Quam gravis amiſſo Memnone luctus erat.*

Diana vero, Thetis, Ceres, furtivis in antris, cum mortalibus iuvenibus aliquoties paulo familiarius verſatae, quem, quaeſo, habuere maritum? Vna Venus fuit adulterii convicta: amaverit ad inferos delapſum Adonin Proſerpina, quae nolens certe nupſerat Plutoni; ſed adulterii quis ab inferis teſtis potuiſſet excitari? — At prudentior *Clemens* Deas, quarum inſectatur amores, non dixerat adulteras: vox vitiata hic quoque fraudi fuit interpreti. Vulgantur iſta apud *Clementem* p. 28, 30. Θηλύτεραι δὲ θεαὶ μένον αἰδοῖ οἴκοι ἑκάστη· φησὶν Ὅμηρος· αἰδούμεναι, αἱ θεαὶ (voces αἱ θεαὶ ab alio videntur adiectae) διὰ σεμνότητα, Ἀφροδίτην ἰδεῖν μεμοιχευμένην. αἱ δὲ ἀκολασταίνουσιν ἐμπαθέστερον ἐν τῇ μοιχείᾳ δεδεμέναι. Corrigatur una vocis ultimae ſyllaba, legaturque, ἐν τῇ μοιχείᾳ δεδεμένης· *quam ipſa* Venus *in adulterio deprehenſa*, vel in lecto cum Marte *ligata:* ſive enim ſic dicatur, ſeu ἐπ' αὐτοφώρῳ ληφθεῖσα, nihil intereſt. Hac emendatione tantilla ab adulterii ſaltem crimine Deae hae ipſius abſolventur *Clementis* iudicio. Nulla etiam adulterii ſuſpicione niſi unam Venerem premit *Clementis* propemodum interpres *Ar-*

no-

nobius adverf. Gentes IV. p. 145, *Sed foli amant apud vos mares*, (Dii,) *& femineo fexui fua confervata eft fanctitas. Nonne veftris cautum eft literis, adamatum effe ab Aurora Tithonum, arfiffe in Endymionem Lunam, Nereïdem in Aeacum, in Achillis genitorem Thetin, Proferpinam in Adonem, matrem eius Cererem in Iafionem nescio quem rufticanum; &, poft Vulcanum, Phaëthontem, Martem, ipfam illam Venerem Aeneadum matrem & Romanae dominationis auctorem?* Aeneadum matris cum Marte connubium paene *fanctum* videbatur *Lucretio*, cuius aliquot verfus, viris doctis notiffimos, elegantiarum ftudiofis hic legendos proponam:

Aeneadum genitrix, hominum divumque voluptas,
Alma Venus;
— Tu fola potes tranquilla pace iuvare
Mortaleis; quoniam belli fera munera Mavors
Armipotens regit, in gremium qui faepe tuum fe
Reiicit, aeterno devinctus vulnere amoris;
Atque ita, fuspiciens tereti cervice repoftam,
Pascit amore avidos, inhians in Te, Dea, vifus:
Eque tuo pendet refupinae fpiritus ore.
Hunc tu, Diva, tuo recubantem corpore fancto &c.

Duas in his voces mutavi cum *N. Heinfio*.

Sanctum corpus Aeneadum certe matri denegaffent, melioribus Sacris initiati, *Arnobius* & *Clemens*

mens Alex. Ex *Arnobii* Commentatoribus unus *Theodorus Canterus* Clementina ſuis in notis attulit, quae iam comparaverat L. I. Variar. Lect. C. XIX. ex Arnobianis *Clementi* recte reſtituens Ἰασίωνι· ex Clementinis *Arnobio Phaëthontem:* — nusquam vero alibi *Canterus Phaëthontem* legerat a Venere amatum. — ego tamen etiam arbitror *Arnobium* ſic ſcripſiſſe, atque eadem apud *Clementem*, quae nos nunc legimus, ſua aetate legiſſe. Erravitne vir optimus, rerumque antiquarum ſcientiſſimus, in his Dearum amoribus enarrandis? Sic equidem exiſtimo; neque adeo emendandum, ſed ob errores, noſtra ſaltem aetate, nullius momenti, excuſandum potius. — Vt hinc ordiar, *Phaëthontem* dixiſſe videtur, quem *Phaona* dicere debuerat; hoc unum partim viderunt: deinde qua ratione dici poterit, quae dilexit Adonin, huius patrem & ſimul avum amaſſe *Cinyram?* Regem, cuius opes cum proverbiis locum dederint, (vid. *Diogen.* Cent. VIII. Prov. 53. Vatic. App. III, 90. *Dion. Chryſ.* p. 135.) nomen Κινύρα, pro Κύρα, reſtitui poterit *Muſonio Stobaei* Floril. p. 513, 40. Iſta tandem, ob quae haec attingere coepi, quid ſibi volunt, Νηρηῒς ἐπὶ Αἰακῷ, καὶ ἐπὶ Πηλεῖ Θέτις — κατηχυμένη? An ignorabat, aut forſan iſta ſcribens non recordabatur nominis Ψαμάθης, quae iuſtiſſimo Aeaco patriſſantem filium peperit Phocum? ſed *Pſamathe* fuit ſine controverſia una de quinquaginta filiabus e Doride Nerei; de filio Nerei, quem

quem Νηρίτην vocat (Νηρείδην potius dicere debuerat) quemque Venus amaverit & Neptunus ipse, mira, solus, opinor, narrat *Aelianus* de N. A. XIV, c. 28. — Sed a Nereïde, Aeacum amante, quomodo Pelei amica Thetis distingui potuit? vere *T. H. in Luciani* T. I. p. 318, *inter* Nereïdas, inquit, *Thetis principatum paene tenet.* In armorum iudicio *Aeschyli* fertur aliquis Thetin sic alloquutus (teste *Schol.* in *Aristoph.* Ἀχ. v. 883.)

Δέσποινα πεντήκοντα Νηρήδων χορῶ.

Inter primas in indice *Hesiodeo* Theog. v. 244, prima comparet apud *Virgil.* Aen. V, v. 825. eadem illa tamen, ut ab *Horatio* marina *Thetis*, *Oceanine* dici potuit, ut Graeco flexu *Neptunine* dicitur a *Catullo* Epithal. Pelei & Thetidis v. 28,

Thessaliae columen, Peleu, quoi Iuppiter ipse,
Ipse suos Divum genitor concessit amores,
Tene Thetis tenuit, pulcerrima Neptunine?

Sed, *Catullum* retractans, commodum reminiscor, illius me Elegiam sumsisse illustrandam. — In his etiam interdum, quod fateor, *ultra Terminum curis vagor expeditus.*

vs. 30. *Iuppiter; ut trisli lumina saepe manu!*] Quod pro *tersti* in omnibus legi MSS. scribit, (est & in Vossianis) ex *trivisti* contractum, *tristi* iure

 pro-

probat *Achilles Statius*, *extriſſe Suetonio* reſtituens: ſi quis alius, formas iſtas contractas adamavit *Catullus*, cuius in hoc ipſo eſt carmine v. 21, *luxti: raro duxti ſuſpiria motu*, *Propert.* I. El. III, 27. in eiusdem eſt Eleg. v. 37, *ubi longa meae conſumſti tempora noctis?* ſed plura ſunt in Catullianis: Carm. XIV, 13, *libellum*, *Quem tu ſcilicet ad tuum Catullum Miſti.* Carm. CVIII, 3 & 5, *Tu quod promiſti mihi: — Aut facere ingenuae eſt, aut non promiſſe pudicae.* Carm. LXXXIX, 9, *Tu ſatis id duxti.* Carm. LXXVI, 3, *Siccine ſubrepſti mi.* Carm. XCVII, 8, *multis diluta labella Guttis abſterſti.* Ipſius ſunt *Virgilii*, *Acceſtis*; *exſtinxſti*; *exſtinxem* &c. — Cum proximis, vſ. 31, *Quis te mutavit tantus Deus? Achilles Statius* comparavit verſum *Theocriti*, qui legitur in alium longe ſenſum in Eid. XX, 20,

Ποιμένες, εἴπατέ μοι τὸ κρήγυον. οὐ καλὸς ἐμμί;
Ἆρά τις ἐξαπίνας με θεὸς βροτὸν ἄλλον ἔτευξε;

an me repente Deus quis in alium hominem transformavit? Sic ad ſequentia *Catulli*, — *amantes*

Non longe a caro corpore abeſſe volunt.

adſcribi poſſet initium Aïtae, inter *Theocritea* XII,

Ἤλυθες, ὦ φίλε κοῦρε, τρίτῃ σὺν νυκτὶ καὶ ἠοῖ,
Ἤλυθες· οἱ δὲ ποθεῦντες ἐν ἤματι γηράσκουσιν.

In

In amore vehementius, amici desiderium Vlyssei sybotae verbis eleganter expressit *Homerus* in Od. Ξ. v. 145 & seqq. de Quintilio, quem sibi ereptum supra modum lugebat *Virgilius*, *Horatius* Carm. I. Od. XXIV,

Quis desiderio sit pudor aut modus
Tam cari capitis?

Aeneae furens amore *Virgilii* Dido,

illum absens absentem auditque videtque.]

in Aen. IV, 834. ὁ τῶν ἐρωμένων πόθος quo possit remedio quodammodo leniri, ex *Clearchi Solensis* Eroticis tradit *Athen.* XII. p. 554. A. vere *Platon* in Cratylo p. 420. A. praesentis ait ἵμερος — ἀπογενομένου πόθος ἐκλήθη. vix de alio, vere tamen de Alcibiade dici potuit ab *Aristoph.* in Ranis, v. 1472, Atheniensis illum populus Ποθεῖ μὲν, ἐχθαίρει δέ.

vs. 33. Atque *ibi* me *cunctis pro dulci coniuge Divis Non sine taurino sanguine pollicita's.*] Iudicium hic sequutus *Bentleji*, quam *certissimam* ille vocat, *emendationem* recepi, *me* legentis; *me comam* pollicita es; sive vovisti Diis *pro dulci reditu* (*Tibull.* III Eleg. III, 27.) Ptolemaei mariti. — Sic a se scripta,

At quae ibi, pro cunctis, pro dulci coniuge, divis —

Is. Vossius interpretatur " *cunctis*, id est, illis qui
„ regem comitabantur." (*Achilles Statius*, " cun-
„ ctis, id est, sociis coniugis.") —— " Non pro
„ fratre tantum, sed pro toto exercitu eius Bere-
„ nicen vota facientem introducit Catullus." Re-
futant istam etiam interpretationem, praeter ipsa
quae supersunt *Callimachi* verba, quod sequitur
tetulisset, quaeque praeterea vere scripsit *Bentlejus*.
Berenice, pro mariti sui caro capite sollicita, regio
more, parum curabat sibi, veluti pecora, servien-
tem multitudinem; de qua Reges & Reginae, qui-
que Regibus longo licet intervallo sunt proximi,
non multo aliter inter se loquuntur, quam Romae
loquebatur Appii Caeci filia, teste *Gellio* N. A. X,
C. VI. —— Bentlejanum autem *me* certa nititur
auctoritate Codicum: haec ad me dedit *Santenus*:
Atque ibi pro] " *Atque* in tribus meis Codicibus
„ septemque excerptis. *Atque ibi me* apud Colo-
„ tium. *At me* habent excerpta Minturni; Perre-
„ jana autem dant, *me cunctis*. Fuscus, *proh cun-
„ ctis. prae* pro *pro* iam est in Guarini notis: Ca-
„ tulli manum, *Atque ibi me* —— iam repererat
„ Fruterius in Epist. Gabbem. p. 633." Neminem
hic offendisse vocula videtur *ibi*: ubi *tum* praeces-
sit, quid illa sibi velit non satis perspicio: *Atque ita*
praeferrem e Cod. Bodlei. Illud *me cunctis pro dulci
coniuge Divis* —— *pollicita's*, sententiam dat perspi-
cuam. Aliorum interpretamenta incommodo quodam
pleraque laborant; illud etiam *Scaligeri*, legentis,

At

At quae ibi, proh! cunctis ——

ne de *Theodori Marcilii* dicam, vel aliorum coniecturis. —— Sed *Muretus* cur tandem suspicabatur, post hoc distichon versus aliquot desiderari, quibus Berenices vota fuisset exsequutus Poëta? „ Quare, inquit *Anna Fabri*, non video: senten„ tia enim plana est. Lege modo, ut habet Scali„ ger:" —— In sequenti vero

vs. 35. *Si reditum tetulisset* is, *aut ni tempore longo Captam Asiam Aegypti finibus* addiderit.] Expressi mulieris eruditae coniecturam, pro *in* corrigentis *ni*, quod more vetere positum esset pro non: quando vero iudicabat eadem illa, vulgatam tamen posse lectionem retineri,

Si reditum tetulisset is, haut in tempore longo —

hac eius sententia probata, rectius illud, *haud in*, reliquissem intactum. In Codd. Vossianis atque in Ed. A. 1481, legi, *Si reditum tetulisset is* aut *in tempore longo* —; in iisdem etiam, *addiderat*. sed, quod melius arbitror, *addiderit*, in Ed. A. 1474. Haec sunt *Santeni:* " *Si reditum tetulisset.*] „ *Audisset* habent unus Vaticanus Codex, duo „ Saibantis chartacei, unus eiusdem membrana„ ceus; & duae Edd. nobilissimae Venetae; Iere„ mias inde Marklandus formabat, *vidisset.* ——

„ Ibid.

„ Ibid. *aut.*] In sex legitur Codd. & in omni-
„ bus, quas recensui antiquis Edd. Primus Aldus
„ imperante Avancio mutavit in *haud.* Cod. Me-
„ diolan. habet: *autem.* —— *Addiderat* eaedem
„ dant Edd. priscae & Aldinae; Romana tamen
„ & Brixiensis, *addiderit;* quod etiam est in Ex-
„ cerptis a Cl. Ruhnkenio acceptis. Primus Gua-
„ rinus edidit *adiiceret.*" qui hoc recepit, *Scali-
gerum* probasse mireris, *aut in tempore longo:* reditum utique debuit optare Regina non diu exspectatum, atque *Asiam Aegypti finibus* intra breve tempus adiectam; quod & recte animadvertit *Anna Fabri.* —— Nec certe debebat a *Marklando* Catullianum illud obliterari,

Si reditum tetulisset is:

ter ab illo positum: Carm. LXII, 47,

Animo aestuante rursus reditum ad vada tetulit.

& v. 52,

—— *ad Idae tetuli nemora pedem.*

& v. 29,

Face ut hinc furoris ictu reditum in nemora ferat.

Vbi comparat ista, *Turnebus* Advers. XXI, cap. ult. *Reditum*, inquit, *ferre*, pro redire, candidissimus & nitidissimus iste scriptor non semel dixit.
For-

Formam *tetuli* verſibus *Accii* & *Caecilii* munivit *Nonius*; cui ſolus etiam affatim dare potuiſſet exemplorum *Plautus*. — Sed quomodocunque verſus hic *Catulli* legatur, vocula mihi in illo requiri videtur, quae duo coniungat. Diis Berenice caeſariem pollicita fuerat de vertice ſe deſecturam Diisque dedicaturam, ſi maritus brevi tempore victor ex Aſia rediret in Aegyptum: dixit illa tamen τὸ ἓν διὰ δυοῖν· Scripſeratne Poëta,

Si reditum tetuliſſet is, hautque in tempore longo
Captam Aſiam Aegypti finibus addiderit.

vel *adiiceret;* quod, ſi quis daret Codex antiquus, alteri anteponerem, quia temporum ſibi ratio tum rectius conſtaret: in fine verſus & addidiſſe *Muretum*, quod in eius Ed. reperio, monuit me *Santenus*.

vſ. 38. *Priſtina vota novo munere diſſolüo.*] In verbis *ſolvo*, & *volvo*, iſta pronunciandi ſcribendique ratio prae reliquis *Catullo* placuit, in hoc ipſo carmine repetita v. 74, *Condita quin veri pectoris evolüam.* Carm. LXII, 45, *ſimul ipſa pectore Atys ſua facta revolüit*, Carm. XCIII, 6, *Zmyrnam incana diu ſecula pervolüent.* Carm. LX, 53, *tibi virgines Zonula ſolüunt ſinus.* Semel etiam *Propertius* ſcripſit I. El. VII, 16, *Quod nolim noſtros evolüiſſe Deos!* ſaepius *Tibullus* I El. VIII, 1, *Stamina, non ulli diſſolüenda Deo.* VIII, 40,

Pecto-

Pectora tristitiae dissolüenda dedit. XI, 62. *sit satis ornatus dissolüisse comae.* — Iuvenes, interdum etiam puellae, sive ante matrimonium, seu puberes, detonsam caesariem Diis Deabusve variis in partibus Graeciae, sed de more, vel lege, Diis Deabusve dedicabant: apud Troezenios quidem Hippolyto, nupturae, secundum iussum Dianae, *Eurip.* Hippól. v. 1425. Sed quae Diis, ut rem exquisitam, Comam suam promiserit, pro mariti victoris felici reditu dedicandam, praeter hanc unam Aegypti reginam, neminem novi; sui itaque donum Reginae Coma iure dixerit *novum munus*; quo, olim a se nuncupata, vota nuper adeo, (paulo ante, quam *coelesti reddita coetu*, & stellata, de coelo cum domina sua colloqueretur) dissolverat Berenice. sicut vota Diis facta homines *persolvere*, sic, cum tanquam debitum, quod nos obligat, considerantur, vota dicuntur *dissolvi:* mirabar adeo, cur in his *Ciceronis* ad Att. XV. Ep. XI. p. 639, *erat absurdum, quae si stetisset resp. vovissem, ea me, eversa illa, vota dissolvere:* cur, inquam in his *Sebast. Corrado* vota *Diis solvere* potius placuerit, quam, elegans illud & Catullianum, *vota dissolvere.* — Sed quae paulo ante notavi eo me inducunt, ut nunc putem unam literam in *Catulli* verbo sic mutandam, ut scribatur, *dissolüi*; voces praeterea, *coelesti reddita coetu*, separentur a vicinis hac ratione:

Queis

Queis ego pro factis (coelesti reddita coetu,)
Pristina vota novo munere dissolüi.

atque ita scripsisse mihi nunc Poëta videtur.

vs. 39. *Invita, o Regina, tuo de vertice cessi, Invita;* adiuro teque tuumque caput.] Ista quidem ex Epithalamio Pelei & Thet. *Catulli* v. 171,

utinam ne tempore primo
Gnosia Cecropiae tetigissent litora puppes!

recte *Macrobius* (Saturn. VI, C. 1. p. 532,) comparavit cum his *Virgilii* (in Aen. IV, 657,) illinc expressis,

Felix, heu nimium felix, si litora tantum
Nunquam Dardaniae tetigissent nostra carinae.

sed nostrum versum a *Macrobio* comparatum cum *Virgilianis* ex Aen. VI, 460,

Per sidera iuro,
Per superos, & si qua fides tellure sub ima est,
Invitus, Regina, tuo de *litore* cessi.

vix opinor; neque *Macrobii* mentionem faciunt, qui ad Virgiliana *Catulli* locum, velut illi obversatum, attigerunt, *Fulv. Vrsinus*, *Guellius*, aut *La Cerda*. Dubitanter *Achilles Statius* in *Catull.* „ Imitatum Virgilium *Macrobius*, opinor, osten-

„ dit,

„ dit, cum dixit, *Invitus* &c." Huius modesta dubitatione aliorum nititur confidentia. Ista quoque vir Egregius digito tantum attigit ex Aen. X, v. 233, quae certe sunt ex his adumbrata *Catulli.* —— Cum Aeneae naves in Deas essent marinas divinitus transmutatae (Aen. IX, 102, 117, 118,) suum ante dominum, Aeneam alloquuntur in Aen. X, 230.

> *Nos sumus Idaeae sacro de vertice pinus,*
> *Nunc pelagi Nymphae, classis tua. Perfidus ut nos*
> *Praecipites ferro Rutulus flammaque premebat,*
> *Rupimus* invitae *tua vincula.*

vel una vox *invitae* manifestam facit imitationem Comae Callimacheae *Catulli*, dominae dicentis,

> *Invita, o Regina, tuo de vertice cessi.*

Proximorum *Catulli*,

> *adiuro teque tuumque caput.*

Callimachea primus detexit *Bentlejus*,

> σήν τε κάρην ὤμοσα, σόν τε βίον.

ab *Etymologo* conservata p. 450, 32. Ab hoc Grammatico recte verbum ponitur Θάω· quod plurimorum mater, proprie significans, *calefactum nutrio*, voces etiam peperit θηλή, θῆλυς, θήλεια. eximie θήλεια γυνὴ est *alma mater*, ut *alma nutrix* dicebatur θηλά-

ςειρα;

γεια· in eumdem ſenſum, omnia vegetans, *alma Venus:* terram primo vere *pluvii rores* qui dicuntur ab *Horatio* foecundant; & *ros*, proprie ſic dictus, ſemper *almus*, eleganter ab *Heſiodo* vocatur θῆλυς ἐέρση· qua de re *Graevius* apta dedit in Lect. *Heſiod.* c. XXI. Cum θήλεια ſit in uſu frequenti, *coturnix* tamen *femina* θῆλυς ὄρτυξ ab *Alexandro Myndio* dicitur apud *Athen.* IX. p. 392. C. Sed, occaſione *Callimachei* hemiſtichii apud *Etymologum*, vitioſa *Graevium* in novum induxerunt errorem; iſta ſcribentem: " Etymologici M. Auctor „ τὸ θῆλυς ait dici pro θηλὴ, ut vice verſa καρὴ pro „ καρὺς apud Callim." quae magis etiam abſurda ſunt his in *Etymologico M.* vulgatis: ἐκ ξ θήσω (verbi Θάω) γίνεται —— θηλή· καὶ τροπῇ θῆλυς, ὡς κάρη, κάρυς· εἴρηται γὰρ καὶ θηλυκῶς Κάρη, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ. vitioſis *Bentlejus* abſtinuit. Si Graecum eſſet κάρυς, atque adhibitum a *Callimacho*, huius tum commoda videri poſſet mentio facta. Notiſſimum Καρὶς, ignorant vero Lexicographi verbum Comicum Καριδῶσαι, illinc formatum ab *Anaxandride* apud *Athen.* III. p. 106. A. hinc apud *Euſtath.* in Il. Φ. p. 1301, 49. Sed κάρυς Graecum eſſe pernego: eſt & hoc in *Etymologico M.* indocti hominis emblema; reiiciendumque adeo, ut vox nihili, κάρυς. cum vero ad ipſum illud θηλὴ parum quadret κάρη, ſuſpicor intermedia quaedam exciſſe, quo haec pertinuerint genuina; ὡς Κάρη· εἴρηται γὰρ καὶ θηλυκῶς Κάρη, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· ——

 σὴν

σὴν τι (sic emendandum ἥν τι vidit iam *Sylburg.*) κάρην ὤμοισι Forte quis putet, ne hoc quidem esse dignum quod auctoritate *Callimachi* muniretur. imo vero erat dignissimum: κάρη ubique occurrit apud *Homerum*; ne semel quidem aut in *Homeri* poëmatis, aut aliorum veterum, τὴν κάρην invenies, sive σὴν κάρην, ut *caput* novator dixit *Callimachus*: rem minutam non attendens, in *Aeschyli* Prom. V. v. 678, λέρνης κάρην in margine libri sui scripsit *Ios. Scaliger.* — Apud Tragicos τὸ κάρα· apud *Homerum* mollius τὸ κάρη semper est ἄκλιτον· *canum caput* πολιὸν κάρη dixit *Homerus*: dederat *Sophocles* Oed. in Col. v. 557. absque litera subscripta:

Ἤθλησας κινδυνεύματ' ἐν τῷ 'μῷ κάρᾳ.

Nusquam apud *Homerum* Κρὰς, sed saepe apud illum aliosque reperias κρατὸς, κρατὶ, etiam κρᾶτα· ὁ Κρᾶτα dixerunt & Tragici, τὸ Κρᾶτα *Sophocles*: vid. *Schol.* in *Eurip.* Phoen. v. 1165 ubi quaedam notata sunt. *Thom. Mag.* in Κεφαλὴ p. 530, ποιητικὰ — ὁ Κρὰς καὶ τὸ Κάρα. ἐπὶ θηλυκοῦ δ' ἡ Κάρα παρ' οὐδενὶ εὕρηται ... & fortasse ἡ Κάρη παρ' οὐδενὶ εὕρηται εἰ μὴ παρὰ Καλλιμάχῳ· cuius in talibus novandi studium minimum centum fragmenta perditorum poëmatum conservavit; ex Elegiacis tamen pauca, quorum sermo etiam pueris erat & puellis accommodandus.

vſ. 41. *Digna ferat; quod ſi quis inaniter adiurarit;*] Eodem modo haec ceperunt Interpretes ceteri, quo *Muretus* interpretatur: " quod caput „ tuum ſi quis inaniter adiurare auſus fuerit, me„ ritas poenas violatae religionis luat." *Mureto* tamen hoc ordine poſitam vocem *quod* displicuiſſe ſuſpicor, ut minus Catullianam. *Digna ferant Iſ. Voſſius* invenit in Codice ſcripto; in tribus Voſſianis eſt *adiuraret. Santenus*: " omnes ferè dixe„ rim Codices, plurimaeque antiquae Edd. *adiu„ raret. adiurarit* juſſu Avancii primus Aldus edi„ dit, nullo, quod ſciam, Cod. confirmatum. „ Singularis lectio eſt Guariniana: *Digna feram,* „ *quod ſi quid inaniter adiurarim.* quam non pro„ bo." Haec certe lectio deterior eſt vulgata. — *Digna ferat* Graecorum eſt ἄξια φέρειν, vel πάσχειν. perfidus Sinon in *Virgilii* Aen. II, v. 144,

miſerere animi non digna ferentis:

ad Pyrrhum Priamus, Politen filium *ante ora parentum* trucidantem (v. 535,)

tibi pro ſcelere, exclamat,
Dii ——
Perſolvant grates dignas, & praemia reddant
Debita.

Iphigeniam paſſus mactari, ſuo nunc ſuaſu necatus Agamemnon a Clytaemneſtra dicitur in *Aeſchyli* Agam. v. 1535.

Ἰφιγένειαν ἀνάξια δρέξας,
Ἄξια πάσχων.

Deos & heroas patrios orat *Lycurgus* initio Orationis contra Leocratem, ut se dignum efficiant scelerum ipsius accusatorem, p. 148, 1, εὔχομαι — τοῖς θεοῖς, — ἐμὲ μὲν ἄξιον ἐν τῇ τήμερον ἡμέρᾳ τῶν Λεωκράτους ἀδικημάτων κατήγορον ποιῆσαι. — In sequentem versum, 42, *Sed qui se ferro postulet esse parem?* admittendum censet *Santenus* in Cod. Commelin. & commentariis antiquis repertum, *quis se ferro;* quod ego quidem libenter amplectar, simul atque illud in versu praecedente, *quod si quis*, probabili quis coniectura vel sustulerit, vel saltem leviter sic mutaverit, ut ne vocula *quis* sic in versibus continuis bis censeri debeat collocata. Nullus autem dubito, quin in his quoque *Catullus*,

Sed quis se ferro postulet esse parem?

Graecismum expresserit *Callimachi:* nam sic in sermone familiari Romanos Iulii Caesaris aetate, vel Augusti, loquutos nemo, credo, dixerit: *Achilles Statius*, vir isthoc aevo minime vulgaris, optimus etiam interpres *Catulli*, duo loca *Ciceronis* protulit, eodem prorsus modo verbum adhibentis L. I. de Orat. C. XXII. ubi cum interlocutores eruditi, recusantem primum, Crassum ad dicendum tandem sic permovissent, ut de iis dicturum se pollicere-

tur,

tur, de quibus ſciret poſſetque; tum *Ciceronis* ore Cotta, *Namque*, aiebat, *quod tu non poteris aut nescies, quis noſtrûm tam impudens eſt, qui ſe ſcire aut poſſe poſtulet?* poſtrema Graece forſan ſcribi potuiſſent: τίς ἄρ' ἐν ἡμῖν ὕτως ἐςὶν ἀναίσχυντος, ὃς ἂν περὶ τύτων λέγειν ἑαυτὸν δύνασθαι ἀξιώσειε, vel δικαιώσειε; verba ἀξιῶν, & δικαιῶν, etiam infinitivo ſequente, ſic uſurpantur ab elegantioribus. Quando *Lycurgus* orator eſt ad manum, hinc primum petam exemplum, & quidem Tragici mea ſententia *Sophoclis*, p. 166, 35. (§. 33. Ed. *Tayl.*)

> Οὐδ' ἀγέλαι γὰρ ὄρνις, ἣν πλάσῃ δόμον,
> Ἄλλῃ νεοσσὺς ἐντεκεῖν ἠξίωσεν.

ſed & ipſe ſic loqui potuiſſet *Lycurgus. Harpocration:* Ἀξιοῖ, ἀντὶ τῦ νομίζει· Ἀντιφῶν. *Suidas*, illius etiam Lexico uſus meliore: Ἀξιῶν, ἀντὶ τῦ νομίζων, ὑπολαμβάνων· Λυσίας, καὶ Πλάτων· paulo inferius: Ἀξιοῖ· Ἀντιφῶν, καὶ Λυσίας, ἀντὶ τῦ νομίζει. Non, ut e Grammatico hunc uſum firmem, ſed eo tantum iſta profero, ut attendenti pateat, in ſermone quotidiano verbum ſic non frequentatum fuiſſe: quia *Sophoclem* paulo ante nominavi, hunc iuvenes adhibeant in Elec. v. 1054. Oed. T. v. 1412. Philoct. v. 72. v. 808. Trach. v. 415. verſum ex *Eurip.* Phryxo praebebit Diatribe in *Euripidea* p. 217. c. In eumdem ſenſum atque eodem prorſus modo verbum adhibent Δικαιῶν, *Euripides* Suppl.

v. 526. *Sophocles* Aj. 1091. Trach. v. 1260, Creon ad Sororem in eius Oed. Tyr. v. 647,

Ὅμαιμε, δεινά μ' Οἰδίπους ὁ σὸς πόσις
Δρᾶσαι δικαιοῖ·

dignum tuus me censet maritus, quem contumeliose tractet: ἀξιοῖ idem significaret. suo more, *Thucydides* II. C. 61. p. 136, 61, ἐν ἴσῳ οἱ ἄνθρωποι δικαιοῦσι τῆς τε ὑπαρχούσης δόξης αἰτιᾶσθαι ὅστις μαλακίᾳ ἐλλείπει, καὶ τῆς μὴ προσηκούσης μισεῖν τὸν θρασύτητι ὀρεγόμενον· Attica talia dicentibus ne quis credat, impediet *Herodotus*: vid. Ed. *Gronovii*, p. 37, 7. 55, 43. 107, 21. 158, 10. 377, 29. Qui *Perictionae* restitutum voluit ἀξιοῖ, ante diem raptus, *Koenius* apta quaedam notavit ad libellum *Gregorii* de Dial. p. 68.

vs. 43. *Ille quoque eversus mons est, quem maximum in oris Progenies Thiae clara supervehitur.*] Horum versuum primo voces vitiatas si eximamus, optime reliqua cum proximis cohaerent; sensumque praebent perspicuum: Quis ferro se putet aequiparari posse; vel, quis ausit se comparare cum ferro, quo Athos etiam, quem montium videt Sol maximum, ea est tempestate eversus, qua per medium montem, novumque adeo mare, classis Persica navigavit: quum igitur ne silices quidem de rupibus caesi ferro possint resistere, quid tandem facere crines & qua se ratione potuissent adversus fer-

ferrum tueri? Primum mons, quem maximum Sol vidit, & nostra etiam aetate videt, ac supervehitur, dicitur a *Catullo*,

mons, quem maximum ——
Progenies Thiae clara supervehitur.

Bentlejus, ubi hanc probat lectionem, duabus aliis memoratis; " Pudet me hercle, inquit, inepti la„ boris, cum in promptu sit vera lectio, & expe„ dita sententia: *Progenies Thiae.* — Clara pro„ genies Thiae est Sol, Thiae & Hyperionis Fi„ lius. — Proverbiale dictum; Maximus, opti„ mus, pulcherrimus &c. omnium, quos Sol vi„ det &c." Doctis aliquot nugis prolatis, verum tandem nomen *Thiae* hic vidit reponendum *Is. Vossius*; sed, qui multa de Medorum dixerat origine, Medos etiam materno Solis nomine hic credidit designari posse. *Catulli* forsan Editorem non dedecebit, in angulo libri sui (nam, ubi ex. gr. *Livii* legimus historiam, nollem equidem chartas erroribus describentium onerari:) varias Codicum atque Editionum deposuisse lectiones, coniecturas etiam variorum commemorasse; mihi nimis diu in una Elegia Callimachea haerenti nunc certe volupe non est cramben istam hic recoquere; cui talis lectio atque interpretatio videatur *Bentleji*, ut non debeat aut apud veri nominis Criticos possit in dubitationem cadere: relegat vacuus totam *Bentleji*

 ad-

adnotationem, si cui nocet adhuc opinio praeiudicata. — Formam loquendi *Callimacheam* haec accedit e *Platonis* Timaeo (T. III) p. 23. c. ἦν, — ἡ νῦν Ἀθηναίων οὖσα πόλις ἀρίστη, — ὀνομαστάτη διαφερόντως — πασῶν, ὁπόσων νῦν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἡμεῖς ἀκοὴν παρεδεξάμεθα. dantur vero multo etiam propiora; velut hoc *Pausaniae* de Babylone, *quam olim Sol viderit urbium spatiosissimam.* L. VIII. p. 663. med. Βαβυλὼν δὲ ταύτης, ἥντινα εἶδε πόλεων τῶν τότε μεγίστην ἥλιος, οὐδὲν ἔτι ἦν εἰ μὴ τεῖχος· p. 678. init. πόλεων — ταύτην εἶδεν ὁ ἥλιος πρώτην. omnium sub sole urbium Troiam Homeréum Iovem maxime se coluisse dicentem facit *Dion Chrys.* Orat. XI. p. 372. A. ab eodem Alexandria dicitur τῷ μεγέθει καὶ τῷ τόπῳ — διαφέρειν τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον. sed ipse iam *Callimachus* apud veros talia legerat Oratores, *Demosthenem* atque *Aeschinem*; illum Pro Cor. p. 184. §. 458. εἰ μὲν γὰρ ἔχεις, Αἰσχίνη, τῶν ὑπὸ τουτονὶ τὸν ἥλιον εἰπεῖν ἀνθρώπων, ὅστις — κ. τ. λ. *Aeschinem* de Falsa Legat. p. 33, 31. τὸν Φίλιππον τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον ἀνθρώπων ἔφη πάντων εἶναι δεινότατον. *Cicero* L. II. de Off. C. VIII, *multa praeterea commemorarem nefaria in socios, si hoc uno Sol quidquam vidisset indignius.* Poëtae licuit, opinor, quod in novatore praesertim *Callimacho* nemo mirabitur, de matris nomine Solem appellare Θείας τέκνον, *progeniem Thiae:* qui videt omnia, montem etiam *maximum* Athon *supervehitur.* De huius montis magnitudine atque altitudine e *Plinio* & aliunde multa hic dederunt

ab

ab usque *Parthenio* commentatores; &, si requirerentur, plura dici possent: *Catullo* satis esset unum illud *Virgilii Quantus Athos!* in Aen. XII, 701. *Vastus* tamen *Athos*, ex suae sectae placitis, & vere, dici potuit ab Imperatore *M. Antonino* βωλάριον ℥ κόσμου, *totius universi una* veluti *gleba*. L. VI. §. 36. Sed *maximum*, quem saepe vocavi, dubitari forte poterit num dixerit *Catullus*; in tribus etiam Codd. Voss. legitur, *maxima in oris*. sic in omnibus esse MSS. monuit *Achilles Statius*: „ alii, inquit, legunt, *quem maximum in oris*; ut „ & Virgil. in VII. similiter de loco, *Est locus* „ *Italiae*, —— *multis memoratus in oris*." Recte dicitur, *multis in oris memoratus*; ut alibi *Virgilius*: *Libyae citus adstitit oris*: — *quas vento accesserat oras*: *alias advexerat oras*: *quae vis immanibus applicat oris?* — *Iliacas Danai venistis ad oras*. &c. *Horatiana* sunt: *Quae caret ora cruore nostro?* — *Armeniis in oris*: — *Hispanae vetus hostis orae*. &c. Sed quis eorum, aut quis alius istius aetatis montem dixisset simpliciter *maximum in oris*; quod Editores tamen nuperi *Catullum* fecerunt hoc in loco dicentem. Si vel in nullo Codice legatur, cum *Aurato*, *Catullum* arbitror scripsisse:

Ille quoque eversus mons est, quem maximum in orbe
Progenies Thiae clara supervehitur.

 duae

duae literae, in fine versus detritae, facile potuerunt in alias transmutari. Orbem terrae; vel terrarum, simpliciter *orbem* dici, non mirabuntur, quibus ista modo nota sunt *Ovidii*: *Hic ubi nunc Roma est, orbis caput*:

—— orbem Implevit meritis,
Vt Scythicis habitem longe submotus in oris; —
Nostra per immensas ibunt praeconia gentes;
Quodque querar, notum, qua patet orbis, *erit*.

Metam. XII, 545. Trist. IV. El. IX, 17. V. XIV, 34. Sed non celanda diversissima est Catulliani versus e Codicibus lectio, a Santeno mecum communicata, cuius ipsa hic verba ponam: " *Maxima* mihi dant quatuordecim Codd. ne unus
„ quidem *maximum*; quod, in Guarini propositum commentario, editum non est ante Scaligerum. —— *in oris* plerique codd. *horis*, unus; *in orbe* unus ex Bibliotheca Saibantium, sed a m. s. (quam novisti coniecturam quoque esse Aurati.) —— In pentametro Codd. & Edd. *Phytiae*, *Phithiae*, *Phitiae*, *Pthyae*, *Pthiae*, nullus, *Thiae*. Auratus legebat *Phthii*; ut Persa ab Achille duxerit genus, secundum Propertii Eleg. ultimam. Sed V. C. Minturni, Edd. Romana 1474, & Brixiensis 1486 habent:

„ *Ille quoque eversus mons est*, *quem* maxima natu
„ *Progenies Phthiae clara supervehitur*,

„ quae

„ quae lectio non ignota fuit Fusco, Guarino, „ Mureto; imo nec Avancio, cui, hìc recta mo„ nenti, Aldus non paruit. Respicit igitur Macro„ bios Acrothonis, de quibus Plinius H. N. lib. „ IV. c. x. Solin. c. XVII. & Mela II. c. 2. „ §. 144. quorum hic ibidem commodè ait: *ima* „ *Athonis tenent parvae Pelasgorum coloniae*; nem„ pe Thessalorum, sive Phthiotarum, gentis no„ bilis. —— *Supervehitur* proprie dicitur de mon„ tem inhabitantibus. —— Parthenio, primo in„ terpreti, applaudo, qui illud vidit." —— *Lucianus* in Macrobiis T. III. p. 211. Ἀθῶται μέχρι πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἐτῶν βιοῦν, ἱστόρηται. *Majus* illic velut ex *Steph. Byz.* scribendum putat Ἀθῶοι· ex eodem dare potuisset Ἀθωΐται· vel Ἀθῶται· ut recte iam scripsit *Schefferus* in *Aelian.* V. H. p. 588.

vs. 45. *Quum Medi* peperere *novum mare, quumque iuventus Per medium classi barbara navit Athon.*] τὸν Ἄθω dixisse Graecos, & τὸν Ἄθων, *Wasseus* ostendit in *Thucyd.* V, c. 3. *Athonem* etiam recte dici monuerat iam *Is. Vossius* ad *Melam.* II, c. 2. §. 96. — Hoc in loco mihi quidem manifestum est, in veteri membrana, cuius apographi partim supersunt, literis aliquot detritis, has tantum legi potuisse: —— *Quum Medi* . . . . . *ere novum mare*; pro sua quemque sapientia lacunam Italos, post medium seculum XV, implevisse; hinc nobis enatas Codicum, quos vocant, atque Edd. lectiones,

nes, *rupere*, *irrupere*, *properare*; alios poſtea excogitaſſe, *pepulere*; & *peperere*. Poſtremum eſt inventum *Iſ. Voſſii*, quod primum dedit in Obſerv. ad iſta *Melae* C. II, c. 2, §. 961. *Athos*, —— *a Xerxe* —— *perfoſſus* —— *eſt*, *factus freto navigabili pervius*; poſtea ſuo loco firmavit ad *Catull.* p. 262, adferens *Virgilii egregias animas*, *quae ſanguine nobis*

Hanc patriam peperere ſuo.

verſus etiam a ſe feliciter emendatos *Manilii* V, 46—50. ubi *Bentlejus* ad iſta,

non invehet undis
Perſida; *nec pelagus Xerxes facietque tegetque.*

Voſſii laudatis lectionibus, haec profert velut *Catulli*,

Cum Medi peperere novum mare. ——

Xerxis facinus is ipſe, praeter alios ſaepe citatos, *Manilius* memorat I, 774. IV, 65. III, 21,

magna pontum ſub claſſe latentem,
Immiſſumque fretum terris, *iter aequoris undis.*

Manilii proxima quoque v. 14, &c. comparentur cum *Propertii* L. II, El. 1, 19, & ſeqq. qui, *Non ego*, ait, *Titanas canerem*, ——

Xerxis & imperio bina coïſſe vada.

bina

bina vada coïere, fossa ad pedem montis insino Xerxis iussu ducta; quam fossam, aquae marinae perviam, paulo forsan audacius *mare* vocat *Catullus*; illam non multo post limo affluente, arenis, rupibus impendentibus, data etiam opera, fuisse obrutam, nemo mirari poterit. —— Ceterum *Is. Vossium peperere Catullo* restituisse ex MS. scribit *N. Heins.* Notis in *Catull.* p. 650. sed ex libellis, quos, in Biblioth. hic publica adservatos, trivit *Vossius*, mihi liquet, in uno ipsum codice legisse, *Tum Medi prope nomen mare*; in alio, *T. M. pepere novum m.* unde (ait) fac. *peperere*: —— Se *Nic. Heinsius* legere scribit e MSS.,

Quum Medi rupere *novum mare*;

citatque ad initium *Valerii Flacci* adnotata; quorum nonnullis illud *rupere* commendari potest, a *Burmanno* quoque patruo probatum, velut in optimo scriptum Codice Commelini. —— *Properere Scaligero* (sed qui vix mensem impendit triumvirorum carminibus recensendis,) venit in mentem, in alium sensum ab *Anna Fabri* acceptum. —— Diversas exhibet lectiones, quarum unam commendat, *Santenus*: " Quum Medi *peperere* novum
„ mare.] Dati Codex, meus & Mediolan. (&
„ Voss.) *propere*. Idem Dati m. s. & Commeli-
„ ni, *rupere*. alter meus, *propriore*. tres Saiban-
„ tis, *prorupere*. alter Mediolan. a m. s. (& Cod.
„ Voss.)

„ Voss.) *properare*. excerpta Ruhnkeniana, *per-*
„ *rupere*. tertius Mediolan. *pepere*. Si de Roma-
„ na Edit. mihi constaret, dicerem, ante Aldum
„ non editum fuisse nisi *prorupere*: certum est,
„ Avancium Aldo persuasisse, ut *irrupere* recipe-
„ ret; *rupere* corrigebat Guarinus: mihi Codi-
„ cum lectiones non abhorrere videntur a Statia-
„ no invento, *pepulere*. Simpliciter, non addito
„ *remis*, dixit Tibullus II. v. 33:

„ At quà Velabri regio patet, ire solebat
„ Exiguus *pulsâ* per vada linter *aquâ*.

„ linter *pepulerat eundo*, ut apud Catullum classis
„ navigando. neque abludit vetus lectio *feriet*, pro
„ *faciet*, apud Manilium."

Sequente versu 47,

Quid facient crines, quum ferro talia cedant?

Santenus, "*faciant*, inquit, commendat Virgi-
„ lii imitatio, Codex Bodleianus, & Editio Rhe-
„ giensis, ipse Catullus eleg. seq. & Carm. LIX.
„ v. 24. Optima quoque Editio Parisina A. 1608
„ illud reduxit." —— Apud *Scaliger*. Castig. in
Catull. p. 85, in *Virgilii* versu, voce male trans-
posita, scribitur, *Quid facient domini*: recte vero
vulgari solet Ecl. III, v. 16,

Quid domini faciant, audent quum talia fures?

In

In *Catulli* vſ. inquit *Withofius*, " legasne *facient*, „ an *faciant*, non ciccum, ut ait Plautus, interduim." mea vero ſententia, ob quam rationem in *Virgilii* verſu *faciant*, in *Catulliano* melius eſt *facient*: hic poſitum *cedant*, illic *audent*, ſuis diverſa locis commendant. Ob eamdem etiam rationem, ubi vulgari ſolet *vivas*, *Tibullum* ſcripſiſſe reor II, El. VII, 35,

> *Tunc tibi, lena, precor diras. ſatis anxia* vives,
> *Moverit e votis pars quotacunque Deos.*

Cum noſtro verſu componi poterit hic *Propertii* III. El. x, 17,

> *Quid faciet nullo munita puella timore?*

vſ. 48. *Iuppiter ut* Telchinum *omne genus pereat!*] Lectio, per Editiones maxime vulgata, *Iuppiter, ut* χαλύϐων *omne genus pereat! Politiano* debetur; qui, cum *Callimachea* legiſſet in *Scholiis* ad *Apollon. Rhod.* ne dubitavit quidem ante vulgatas in *Catulli* verſu voces in *Chalybon* transmutare, Miscellan. Cap. LXVIII. Non equidem puto, Codicem dari antiquiorem *Politiano*, qui *Chalybum* praebeat: ubi conſtiterit, Vaticanos, in quibus illud legitur, ſcriptos antequam ſuum inventum cum amicis ille communicaſſet, habebit illud talem αἴνιγον ἐπιχείρημα. —— Codicum vero lectiones ſic bre-

breviter in schedis ad me missis recenset *Santenus:* „ Sed Codd. (etiam unus e Voss.) *Scelerum.* quin„ que, (& duo Voss.) *celitum.* quatuor, *caeli*„ *tum.* unus, *coelorum.* duo, *telorum.* quod non „ dubito, quin Iovianus defendere tentasset illo „ Papinii, III. Sylv. v. 90.

„ —— *crinem incidêre sagittis.*

„ & Horat. II. Serm. 1. v. 43. *o pater & rex Iu*„ *piter, ut pereat positum rubigine telum.* duo „ Vaticani, *Chalybum.* quod teneo, donec Witho„ siana legero." —— Mira sunt in hunc locum commenta *Scaligeri*, & *Is. Vossii*: lacunam ille quidem in hoc versu reliquit, sed quam implevit in Castig. p. 66, voce *sicelicum*, quae certe *Scaligero* egebat interprete, nacta tamen defensorem illustrem in *Iano Dousa* Patre in Praecidaneis pro *Catullo* C. IX, sed *sicelicum* in *fodiendo aut excidendo ferro* cum nullum esse usum monuisset, eo prolapsus est *Is. Vossius*, ut dicere sit ausus, *Catullum procul dubio* scripsisse, *Iuppiter, ut celtum omne genus pereat:* cui volupe est, legat doctas *Vossii* difficilesque nugas.

His non tantum, quae vix ullum, ut opinor, habuerunt adstipulatorem, sed aliorum etiam coniecturis longe mihi visa est anteponenda illa *Withosii* libelli laudati p. 43, proposita, multisque verbis commendata, quam unam edens elegiam,

ne

ne hiatus hic relinqueretur, in hunc versum admittere sustinui,

Iuppiter, ut Telchinum *omne genus pereat!*

Vere monuit Praestantiss *Withofius*, omnem „ *quorumcunque* instrumentorum mentionem hic „ plane esse intempestivam; — sed requiri potius „ hominum quorundam, aut populorum, qui „ primi ferrariae artis usum vel invenerint vel „ exercuerint;" tales quidem *Chalybes* posse videri *ferri scrutatores*, sed minus esse verisimile; vocem Graecam a *Catullo* versui interfertam, atque hinc multum differre *mnemosynon* apud eumdem scriptum: a voce χαλύβων nimium distare Codicum lectiones, *celicum*, *celitum*, *telitum*, *telicum*. Horum vestigiis, tum nexui ipsius loci, satisfacere nomen *Telchinum*: in hunc adeoque sensum haec esse capienda: " ut omnes fabri ferrarii, „ quales erant fuerantve scelerati illi Telchines, „ omnesque ferri scrutatores pereant, o Iuppiter!" Praeter recentiores, qui de his egerint Telchinibus, laudat *Statium* II Theb. v. 274. illos cum Cyclopibus iungentem, illic *Schol.* & *Barthium*, *Ovid.* VII. Met. v. 365. & *Burmann.* atque adeo, quum *Telchines*, *praeterquam quod artem exercuerint fabrilem*, pessimorum fuerint facinorum auctores, illinc adparere putat, quare *Catullus*, " quanquam per iocum, quasi abominatus illos, excla-

„ met voveatque, ut omne eiusmodi genus pereat, „ quod de integra veraque natione adhuc ſeparatam rempublicam conſtituente, qualis fuiſſe di„ citur Chalybum, minus aptum, imo impium at„ que indecorum videretur." Ab his animoſior, invento quippe ſuo laetus, *Withofius* paulo longius, quam voluiſſem, progreſſus, ipſa ſibi ſumit *Callimachea* tentanda, ſuſpicatus vitium illis iam inhaeſiſſe, qua vixit aetate *Scholiaſtes Apollonii*, ſic corrigendum, ut & illic legatur, duabus voculis impleto verſu:

[Ὦ Ζεῦ,] Τελχίνων ὡς ἀπόλοιτο γένος,
Τῇ ὅθεν ἀντέλλοντα, κακὸν φυτὸν, οἵ μιν ἔφηναν.

Callimachum advocat, h. in Del. v. 30, tridentem Neptuni commemorantem,

τό οἱ Τελχῖνες ἔτευξαν.

hos Telchiras, homines peſſimos, faſcinatores quippe, invidos ac fraudulentos, appellaſſe putat *Callimachum* κακὸν φυτὸν, iure adeoque de illorum genere optatum, *ut pereat.* Quia libellus ob exiguam molem latet, me non poenitet in gratiam lectoris illinc in brevem gyrum contracta quaedam excerpſiſſe; cui, ſicut docta *Catulli* interpretatio, *Callimachus* tamen ſcripſiſſe videtur nomen Χαλύβων· quia legit *Schol. Apollonii Rhodii*, binis illud in locis exhibens ſub nomine *Callimachi*, ad L. I.

v. 1323, Χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος. & ad L. II, v. 375. —— haec ibi vulgantur *Apollonii*:

> Τρηχείην Χάλυβες καὶ ἀπειρέα γαῖαν ἔχουσιν,
> Ἐργατῖναι· τοὶ δ' ἀμφὶ σιδήρεα ἔργα μέλονται.

ultimum vix dubito quin eximium mihique amicissimum *Brunckium*, Editorem Apollonii nuperum, offenderit ista structura: forsan una litera mutata, mecum praeferet:

> τοὶ δ' ἀμφὶ σιδήρεα ἔργα πέλονται.

hoc a Schol. commode reddi potuit, φροντίδα ποιοῦνται, nempe περὶ σιδήρεα ἔργα· *in ferro cudendo*, sive *in arte sunt fabrili occupati*: πέλονται, aeque ac πέλουσι, idem significat ac εἰσὶν, apud *Homerum*, *Aeschylum*, *Soph.* Aj. v. 159. aliosque. ad ἀμφὶ τι & περὶ τι εἶναι *Brunckius* exempla non requiret, & multo libentius πέλουσι leget *Aeschylo* restitutum in Eumen. v. 68, ubi, pro vulgatis, πεσοῦσαι δ' αἱ κατάπτυστοι κόραι Γραῖαι, παλαιαὶ παῖδες· primum corrigebam:

> πέλουσι δ' αἱ κατάπτυστοι κόραι
> Γαίας παλαιαὶ παῖδες.

& certe, secundum *Hesiodum* Theog. v. 185, Furias terra genuit: postea credere malui, vocem Γραῖαι esse vicinarum interpretamentum, *Aeschylum* dedisse

> Νυκτὸς παλαιαὶ παῖδες·

ut infra v. 322, 419. 748. 1036. *Servius* in *Virg.* Aen. III. 212. —— Sed haec ne nos iterum abducant a *Callimacheis*, ad *Apollonii* versus ista leguntur in Scholiis: οἱ Χάλυβες, ἔθνος Σκυθικὸν μετὰ τὸ Θερμώδοντα· οἳ μέταλλα σιδήρου εὑρόντες μοχθοῦσι περὶ τὴν ἐργασίαν· ἐκλήθησαν δὲ Χάλυβες ἀπὸ Χάλυβος τοῦ Ἄρεως υἱοῦ· μέμνηται αὐτῶν καὶ Καλλίμαχος,

Χαλίβων ὡς ἀπόλοιτο γένος,
Γειόθεν ἀντέλλοντα κακὸν φυτὸν οἵ μιν ἔφηναν.

His iam usus *Politianus* pro Γειόθεν exhibet Τηλόθεν. *M. Ant. Mureto*, Γειόθεν male mutatum in Τηλόθεν monenti, qui huc ante non adverteram animum, omnino nunc adsentior; quod enim γῆθεν est in *Aeschyli* Eum. v. 907. quidni γειόθεν hic scribi potuit a *Callimacho*, ut καμινόθεν est in eius h. Dian. v. 60. in Euripideis, θεόθεν· ἐρεβόθεν· ἀγρόθεν· πεδόθεν· Or. v. 365. 177. 864. Troas. v. 98. &c. —— Versum autem alterum *Callimachi* sic implevit *Muretus*:

Ζεῦ πάτερ, ὡς Χαλύβων πᾶν ἀπόλοιτο γένος.

Ianus autem *Dousa* Fil. ut videretur ad ἀπόλοιτο Poëta respexisse:

Ὤπολλον, Χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος.

Tandem *Scaliger* versum etiam *Catulli* praecedentem expressit, altero sic, ut fecerat *Muretus*, expleto:

Καὶ

Καὶ τί κόμαι ῥέξειαν, ἐπεὶ τάδε εἴκαθε χαλκῷ;
Ζεῦ πάτερ, ὡς Χαλύβων πᾶν ἀπόλοιτο γένος.

In *Withofii* ſupplemento πᾶν deſiderabatur; ſcribere malui:

[Ὦ Ζεῦ, πᾶν] Χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος.

De Chalybum gente dicam occaſione ſequentium.

vſ. 49, 50. *Et qui principio ſub terra quaerere venas Inſtitit, ac ferri frangere duritiem.*] Fabri pereant ferrarii, quippe primi ferrum e terra eruerunt: ſimiliter verſum orditur, quod iam animadvertit *Achilles Statius*, in fine nobilis ad Manlium Elegiae, quo votum habet huic contrarium (LXVII, 157,)

Sitis felices & tu ſimul & tua vita,
Et domus, ipſe in qua luſimus, & domina;
Et qui principio nobis terram dedit, ——

horum etiam verſuum ſecundo illud:

ipſe in qua luſimus & domina,

Poëtae eſt Graeciſſantis σχῆμα, quod vocant, Ἀλκμανικὸν, Graecis Poëtis frequens, in Latinis ſaepius obſcuratum a librariis: *Ovidii* Sappho ſuo more Graeco, quem nobis obliterarunt, ſcripſerat Her. XV, 15,

Nec mihi Pyrino subeunt, Mnaïsve puellae:

(nomen Πυρινῶ restituatur *Maximo Tyrio* p. 297, 10. ubi *poëticae* [multum differunt *poëtria* & *poëtica*; ποιητὶς & ποιητικὸς, qualem esse se negabat *Plato*] Sapphus, ut dicta fuerat *Ovid.* ibid. v. 183, tres memorantur amicae, Γύριννα, καὶ Ἀτθὶς, καὶ Ἀνακτορία.) simile hoc *Val. Flacci* III, 667,

at tibi Pollux
Stirpe pares Castorque manent.

Horatii Epoda XIII, 14,

Te manet Assaraci tellus, quam frigida parvo
Findunt Scamandri flumina, lubricus & Simoïs.

Ovidio dum ex Codd. reddit *Nic. Heinsius* Artis II, 81,

Dextra Lebynthos erant, sylvisque umbrosa Calymne,

aptissima notavit; qui ad Heinsiana quaedam illic adiecit, nimis festinans, Graecam elegantiam non attendebat.

Quale vero nostro *Catulli* loco Callimacheae Comae votum est; talia sunt apud Poëtas plura: *Propertii* I. El. XVII, 13,

Ah, pereat quicunque rates & vela paravit
Primus, & invito gurgite fecit iter!

II.

II. El. xxiv, 27,

Ah, pereat quicunque meracas reperit uvas,
Corrupitque bonas nectare primus aquas!

Tibulli II. El. iv, 27,

O pereat quicunque legit viridesque smaragdos,
Et niveam Tyrio murice tinguit ovem!

nihil venuſtius *Tibulli* Elegis L. II. El. V, 105. 6, 113, 114, ſed cum *Catulli diris* — comparetur potius initium Elegiae xi, L. I.

Quis fuit, horrendos primus qui protulit enſes?
Quam ferus & vere ferreus ille fuit!
Tunc caedes hominum generi, tunc praelia nata; —

propter hunc abuſum ferri, potuit eius primus indagator a Poëta diris devoveri; huic tamen exſecrationi neſcio an hic *Callimachus* locum habuerit ſatis opportunum: pars comae quantillo potuit inſtrumento ab ipſa ſecari Berenice? Commodum vero *Callimachi* memini: Hujus quae quidem ad nos forte fortuna pervenerunt ad *Catulliana* non apte quadrant. ſed in *Catulli* verſu,

ferri frangere duritiem,

Codices praebent Voſſ. & Edd. duae veteres: cur *fingere* melior ab ipſo lectio dicatur non indicat *Iſ. Voſſius;* legerat apud *Horatium: nova Incude* de-

defingas retusum in Massagetas Arabasque ferrum, I Od. xxxv, 38. Qui primus artem docuit ferri fornace vel camino molliendi,

[— *ferrum calidi solvunt atque aera camini*,

Manilius IV, 250.] is primus instituit (*Instituit* hoc sensu positum docte ostendit *Achilles Statius*,)

ferri frangere duritiem.

Haec mecum communicavit *Santenus* noster. "*Fran-*
„ *gere* Codicibus Dati, Bodlejano, & meo firma-
„ tur: illud deseruit Vulpius in nova recensione,
„ Vossianum *fingere* amplexus; quod Marklandum
„ movit, ut *vincere* tentaret, quod non probo.
„ Ab anno 1472 ad 1521 *frangere* editum est.
„ *Fringere* est in altero meo Cod. in uno Medio-
„ lanensium, & Commeliniano. Sex Codd. *ferris*.
„ credo, Poëtam scripsisse, *ferri infringere*."

Iam vero Callimachea quod attinet, istis quidem, —— πᾶν Χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος, quae proxima subiiciuntur in *Scholiis* ad *Apollonium*,

Γειόθεν ἀντέλλοντα, κακὸν φυτὸν, οἵ μιν ἔφηναν.

mihi quidem demonstrant, *ferri*, σιδήρου praecessisse mentionem; quod Poëta primum detestatus facile delapsus sit ad eos diris devovendos, qui hoc etiam metallum, e terra erutum, in lucem extulerint: *Horatius* Carm. III. Od. III, 49,

Au-

Aurum irrepertum, & ſic melius ſitum,
Quum terra celat.

Cum *fruges* dixiſſet, & *horrea quaerere meſſi*, ſubiicit *Manilius* V, 276,

Quod ſolum decuit mortales noſſe metallum.

In *Ovidii* Faſt. IV, 405. cum *Prima Ceres* hominibus e terra pararet alimenta,

chalybeïa maſſa latebat:
Eheu! perpetuo debuit illa tegi.

Cur autem melius tectum ſub terra manſiſſet hoc metallum? quia homines, κακὸν φυτὸν nacti, illo mox abuterentur: nam iſta ſpectans, fruges & plantas, mortalibus καλὰ φυτὰ, *ferrum*, quod Chalybes e terrae visceribus, in quibus non repertum videri poterat melius ſitum, in lucem extulerunt, eleganter a *Callimacho* dictum fatebitur κακὸν φυτὸν, *malam plantam*, ſive *rem malam*; nam ſic Graeci Poëtae ſuum φυτὸν adhibuere: nihil ad hoc aptius reſpondet his *Theocriti* Eid. VIII, 37,

Κρᾶναι καὶ βοτάναι, γλυκερὸν φυτὸν ——

Quae *Dan. Heinſius* recte tractavit Lect. *Theocr.* c. V. p. 310. Niciam ſuum *Theocritus* XXVIII, 7, venuſte vocat,

Νικίαν, Χαρίτων ἱμεροφώνων ἱερὸν φυτόν.

Charitum suaviloquarum sacrum germen. sui sexus lamentata calamitates *Euripidis* Medea v. 230,

> Πάντων, ὅσ' ἔς' ἔμψυχα, καὶ γνώμην ἔχει,
> Γυναῖκες ἐσμὲν ἀθλιώτατον φυτόν.

hinc illud ipsum transsumsisse *Theodecten*, *Porphyrius* nos docet in *Eusebii* Praepar. Evang. X. p. 466. D. φῖτυ syllaba producta sic etiam adhibuerunt. —— Qua vero ratione *Callimachus*, φαίνειν sive φῆναι nonnunquam usurparunt activa potestate *Sophocles* Ἔφην' ἄφαντον φῶς, Philoct. v. 297. *Aeschylus* Eum. v. 572. *Xenophon* Κ. Ἀ. IV. p. 191, 36. &c. —— *Callimachi* Chalybes, sive Telchines, ἐκ γῆς μὲν, τὸ σίδηρον, ἔφηναν, sive ἀνέφερον, aut ἀνεύρηκαν· apud *Palaeph.* π. Ἀ. c. x, Lynceus ἐν τῇ μεταλλεύσει λύχνους μεταφέρων ὑπὸ τὴν γῆν, —— ἀνέφερε τὸ χαλκὸν καὶ τὸ σίδηρον· Hoc etiam sibi velut inventori Prometheus arrogat *Aeschyli* v. 500.

> —— ἔνερθε δ' χθονὸς,
> Χαλκὸν, σίδηρον, ἄργυρον, χρυσόν τε τίς
> Φήσειεν ἂν πάροιθεν ἐξευρεῖν ἐμοῦ;

Attendenti nunc patebit, vocem σίδηρος in Callimacheis praecedere debuisse, quo μὲν, sive αὐτὸν, pertinuerit: hic dicat aliquis, *ferri* mentionem iam factam, voce quippe Χαλύβων designati; estque, qui sic illam acceperit, vir Illustris *Ezech. Spanhemius*

hemius in *Callimachi* hymnum in Dian. v. 60. „ *Chalybs* de ferro ab eo (*Virgil.*) dictus, sicuti „ etiam a Catullo Poëm. de Coma Berenices v. 48. „ ut *Chalybum omne genus pereat:* huius nempe „ Callimachi —— exemplo, & vetustiorum adhuc „ Graecorum Poëtarum more." Aptum etiam *Aeschyli* versum profert, vocem Χάλυβος usurpantis pro ferro: versum addere potuisset *Sophoclis* e Trachin. v. 1276, quo Χάλυβος pro Χαλυβικοῦ σιδήρου positum vere monuit *Scholiasta*. Quae vero *Spanhemius* adiicit: " unde & χάλυβος de *ferro* alibi „ ab eodem dicitur, ut Sept. Theb. v. 134. ac „ similiter ab aliis, ut χαλυβικὸς pro *ferro* apud Pin- „ darum, & *Euripidem* Heraclid. v. 162." illa procul dubio rectius omisisset: *ferrum* non magis χαλυβικὸς dici potuit quam Σκυθικὸς, nisi voce σίδηρος, vel ξίφος, aut adiecta, vel e vicinia facile supplenda; neque *ferrum* aut ab aliis, aut ab *Aeschylo*, χάλυβος fuit dictum: non intellectum, obversabatur *Spanhemio* quod legerat in *Aeschyli* Sept. c. Theb. v. 734,

Χάλυβος Σκυθῶν ἄποικος.

quem illic *balbutire* scribit *Pauwius*, mihi, vir in suo genere maximus & Graece perdoctus, *Henr. Stephanus* optime videtur emendasse atque ad Linguae regulam,

Χάλυψ ὁ Σκυθῶν ἄποικος·

illic

illic *Scholiasta* scripserat, (non, quod vulgatur, Χαλυβχϊκὸν,) τ̃ Χαλυβδικὸν καὶ Σκυθικὸν σίδηρον. & haec vox ex orationis complexu forte subintelligi posset in *Euripidis* Heraclid. v. 162,

μὴ γδ, ὡς μεθήσομεν
Δόξης ἀγῶνα τόνδ᾽ ἄπερ χαλυβδικοῦ.

Δόξης cum *Barnesio* scripsit *Musgravius*, qui in Χαλυβδικοῦ supplendum σιδήρου, atque in hac ellipsi sibi videbatur, quod nollem, aliquid *Comicae* deprehendisse *dicacitatis*; hanc, ut indignam gravitate Tragoediae, scenicique Philosophi, nusquam in *Euripideis* admitterem nisi in eius Cyclope. Ad formulam ellipticam μὴ γδ supplendam forte quis adscripserat δόξης· & in huius verbi sede nomen olim lectum fuit, quo pertineret Χαλυβδικοῦ· hoc fortasse:

μὴ γδ, ὡς μεθήσομεν
Ἐ[λ]χους ἀγῶνα τόνδ᾽ ἄπερ Χαλυβδικοῦ.

posset etiam ὧς scribi & pro οὕτως accipi. Certe *ferrum* simpliciter dici non potuit Χαλυβικὸς, vel Χαλυβδικὸς: *Stephanus Byz.* in v. Χάλυβες· —— λέγεται καὶ μετὰ τοῦ δ, Χαλυβδικὸς, τὸ κτητικόν. Λυκόφρων, [v. 1109.] —— Χαλυβδικῷ κνώδοντι. apud eundem *Stephanum* vitiose legitur in v. Σκύθαι· —— καὶ Σκύθης, ὁ σίδηρος· quibus abusus est alicubi *Barnesius*; sed, instar similium, *Aeschyléum* est, quod vel

vel vicina monſtrabant; ab *Holſtenio* recte repoſitum Σκύθης σίδηρος hoc *Lennepius* Noſter adfirmavit in *Phalar.* Epiſt. p. 73. — Vt vero χάλυψ ab *Aeſchylo* dicitur & *Sophocle ferrum*, ſic a Poëtis interdum Latinis *chalybs*; *Propertio* I El. XVI, 30,

Sit licet & ferro durior & chalybe.

Virgilii Aen. VIII, 445. in antris Cyclopum Aetnaeis

—— fluit aes rivis, aurique metallum,
Vulnificusque chalybs vaſta fornace liqueſcit.

Quamvis iſta vera ſint, quomodo, quaeſo, quod ſtatuit *Spanhemius*, χαλίβων plurali nomine a *Callimacho ferrum* potuit ſignificari? & per πᾶν χαλύβων γένος, *omne genus Chalybum?* hoc, opinor, nunc meliora doctus, nemo dixerit: Optari potuit, *pereant enſes* & bellica inſtrumenta! omne genus ferri, glebis etiam verſandis, agroque poliendo neceſſaria, uſu hominum excidant, quis ſanus optaverit?

Sumamus itaque conſueto more *Chalybum* nomen de certa quadam gente Scythica, ferro tractando ſuisque in fornacibus coquendo, certe molliendo, nobilitata: vulgo quidem χάλυβες illi dicti ſunt, ſed & ab *Hecataeo*, teſte *Steph.* χάλυβοι· iungatur *Euripides* in Alceſti v. 980, (Ed. *Musgr.* v. 1001.)

ἢ ἐν Χαλύβοισι
Δαμάζεις σὺ βίᾳ σίδαρον·

ſic

ſic legendum paene viderant *G. Canter.* & *Scaliger:* ſed his *Euripidae* nollem abuſum *Abreſchium* Anim. ad *Aeſch.* p. 136. Chalybas diverſi generis, qui ſua fuerint aetate, *Xenophon* diſtinguit: K. 'A. IV. p. 199, 37. ubi tranſiiſſe dicuntur Graeci διὰ Χαλύβων, & hos ἀλκιμωτάτους experti; poſtea demum L. V. p. 209, 21, *veniſſe* narrantur εἰς Χάλυβας, qui pauci numero Moſynoecis eſſent ſubiecti, καὶ ὁ βίος, inquit, ἦν τοῖς πλείστοις αὐτῶν ἀπὸ σιδηρείας.

vſ. 51—54. *Abiunctae paulo ante comae mea fata ſorores Lugebant, quum ſe Memnonis Aethiopis Vnigena, impellens nictantibus aëra pennis, Obtulit Arſinoës Locridos ales equus.*] Zephyrum, Arſinoae Zephyritidis, quae dicebatur etiam Ἱππία, equum alatum ſi hic arbitramur deſignatum, nihil nobis adeo erit impedimento, niſi illud unum, qua ratione Zephyrus dici frater poſſit *Vnigena* Memnonis Aethiopis. —— Sed, ut ſingula ſeorſim tractemus, priora,

Abiunctae paulo ante comae mea fata ſorores Lugebant;

quid ſibi velint, primi iam interpretes viderunt. Crines non omnes, ſed Comae tantum partem ſibi de capite deſecari paſſa fuerat, Diis conſecrandam, Berenice: Crines in huius vertice relictos Coma ſtellifera vocat *ſorores: ſorores*, inquit, lugebant mea fata comae paulo ante *abiunctae:* ſive ſic dica-

catur, seu comae pars relicta lugebat, consortem velut suam, alteram comae partem *abiunctam*, parum refert. Inter interpretes *Anna Fabri* recte cepit illud *mea comae fata*: sic *mea pallentis membra*; *meas miserae flammas* & similia dixerunt: vid. *Nic. Heinsius* in *Ovidii* Her. V, 45. quaeque notata sunt in *Eurip.* Phoen. p. 515. Vox transposita in *Luciani* Somnio, T. II. p. 748, 72. dabit incerti *Comici* senarium:

Οὔτοι σπαθῶσι τἀμὰ τοῦ κακοδαίμονος.

Si equi, vel tauri coniuges abstrahi nolunt a se invicem, sed alter alterum, laborum sub eodem iugo consortem, vel morte sibi ereptum, vel ademtum morbo moeret, quid mirum Comam relictam partem sibi *luxisse* vi ereptam; quam eleganter dicit *abiunctam*: — *uno iugo domiti* dicuntur ὁμόζυγες ἵπποι, sive ταῦροι· equos de curru *abiunctos*, quos dixit *Propertius*, ἵππους Graeci dicunt ἀποζυγῶτας vel διαζυγῶτας. *tauro* subita vi morbi cadente, dicitur a *Virgilio* III Georg. v. 517. *tristis arator*

Moerentem abiungens fraterna morte iuvencum,

in *Eurip.* Troasin v. 664.

Ἀλλ' οὐδὲ πῶλος, ἥτις ἂν διαζυγῇ
Τῆς συντραφείσης, ῥᾳδίως ἕλκει ζυγόν.

ne equa quidem facile fert iugum, quae a compare fuerit disiuncta, vel *abiuncta. Aeschines* de Falsa Leg. p. 52, 13, ἀδελφοὶ, οἱ διαζυγέντες ἐμοῦ ζῆν οὐκ ἂν προέλοιντο. Apud *Suidam* in Ἀπέῤῥωγεν, qui dicitur τῆς φίλης ἀπεῤῥωγὼς συζυγίας· dici posset τῆς φιλίας ἀποζυγείς· ut in *Eurip.* Phoen. v. 995, Μητρὸς στερηθεὶς, ὀρφανὸς τ' ἀποζυγείς. His opinor lectis scripsisse videbitur *Catullus* —— *Abiunctae*; non *Abruptae*; quod in ipsius forte fortuna Codice lectum (ex interpretamento,) idcirco placere potuit *Scaligero*: neminemque fore arbitror, qui in altera lectione, *Adiunctae*, argute disputare voluerit: si hoc vel in omnibus esset Codicibus, (quid obsecro sunt Codices Catulli, Tibulli, Propertii, quum veteres membranae, e quibus sunt descripti, periere?) alterum, cuiuscunque tandem conjectura detectum, verum esse existimarem. —— Nihil est nunc in horum versuum primo, quod praeterea spectari mereatur, praeter *Sororum* adpellationem, novatori *Callimacho* imputandam: *moerentem fraterna morte iuvencum* dixit *Virgilius*. Sed Comae partes duae hic Sorores dicuntur, ut manus laeva dextrae in *Plauti* Poen. A. I. Sc. III, v. 9,

Nunc obsecro te, Milphio, hanc per dexteram,
Perque hanc sororem laevam, perque oculos tuos, ——

illic a *Grutero* similia quaedam e Latinis sunt adscripta: Ἀδελφ' ἀδελφῇ χειρὶ θεραπεύειν μέλη, dixit *Eurip.*

Eurip. in Oreste v. 222. horum similia permulta dantur *Platonis*, *Xenophontis*, *Sophoclis*, aliorumque; sed nihil legere me memini, quod ad haec *Catulli Callimachea* plane responderet: illud non minus inusitatum, quod scribit in Arato *Plutarch.* T. I. p. 1034. A. de duce Atheniensium Charete, de se suisque rebus gestis magnifice sentiente & loquente: is quum victoriam quamdam de Persarum Regis ducibus reportasset, populo Atheniensi scribere fuit ausus arroganter & absurde: ὡς νενικήκοι τῆς ἐν Μαραθῶνι μάχης ἀδελφήν. quanto verius, imperatorum Graecorum maximus, Epaminondas, ob coelibatum a nebulone maligne reprehensus, *stirps*, aiebat, *mihi non potest deësse; namque ex me natam relinquo pugnam Leuctricam, quae non modo mihi superstes, sed etiam immortalis sit, necesse est.* *Solonem* ludificatus est coelebs Thales in *Plutarchi* Solone T. I. p. 81. B. C. D.

Ibid. *Memnonis Aethiopis Vnigena.*] Quum dicatur *Arsinoës ales equus*, vel *eques*, & mox Zephyritidis *famulus*, verisimilis videri posset opinio per Memnonis *unigenam* Zephyrum intelligentium, cuius opinionis auctor est *Achilles Statius:* " Zephyrus, inquit, frater Memnonis, quod eadem matre, id est, Aurora geniti sint: Aurora namque ventos esse natos scribit Hesiodus [Theog. v. 378,] Vnigenam vero, eadem matre genitum significare, quibus in locis apud Catullum

" po-

„ ponitur, ne dubitandum quidem existimo." *Zephyritis* Arsinoë fingebatur *equestris*, diciturque Ἱππία· hanc Divam famulus non dedecet equus alatus: Zephyrus etiam equitasse per undas, ἱππεῦσαι dicitur ab *Euripide* Phoen. v. 220. quodque *Is. Vossius* recte observavit, apud *Lucretium* V, v. 736, *Veneris praenuntius ante Pennatus graditur Zephyrus.* Sed Apollinis *unigenam* Dianam dixerit *Catullus* in Epithalamio Pelei & Thet. (LXIII) v. 300. an Zephyrus dici potuit Memnonis *Vnigena*, quem alio patre natum, nec solum, Astraeo pepererit Aurora? —— *Scaliger*, fratrem etiam intelligens per *Vnigenam*, " Memnonis, „ ait, unigena Pegasus, quia Aurorae filius. Sa„ ne Pegasum ab Aurora dono Iovi datum scribunt „ Graecorum commentarii; Lycophron autem „ [Alex. v. 17,] & alatum Pegasum & eo vehi „ Auroram scribit:" Sed quo tandem Auctore Pegasum scribit Aurorae filium? & cur, obsecro, Iovi filium Aurora dono dedisset? festinantem memoria fefellit: contra *Pegasum Aurorae a Iove dono datum* legerat *Scaliger* apud *Muretum*; uterque in *Scholiis* ad *Homeri* Il. Z. v. 155, τὸν ἵππον [Πήγασον] λαβεῖν τὴν Ἠῶ, δεηθεῖσαν τοῦ Διός, δῶρον, παρὰ τὸ ἀκόπως περιϊέναι τὰς τοῦ κόσμου περιόδους. Codex illic Leidensis exhibet τὴν Ἡμέραν· eodem sensu: perinde enim est, in talibus Ἠὼς dicatur an Ἡμέρα· ubi pingitur a *Philostrato* Icon. I. p. 773, *Memnon* Aethiops, formosa nigredine conspicuus, dicitur

ὁ τῆς Ἠοῦς· p. 774, Sol παραμυθεῖσθαι τὴν Ἡμέραν· a *Callistrato* quoque p. 901. dicitur Memnonis mater Ἡμέρα· *Pausanias* III. p. 256 init. Κέφαλος τοῦ κάλλους εἵνεκα ὑπὸ Ἡμέρας ἐστὶν ἡρπασμένος V. p. 4[illegible]5. Θέτις καὶ Ἡμέρα τὸν Δία ὑπὲρ τῶν τέκνων ἱκετεύουσι. hanc in rem qui nonnulla notavit huius aevi Theologorum forte eruditiſſ. *Iablonski* de Memnone Graecor. c. I. §. 3. ibidem docuit & alibi, praeter Memnona a nonnullis etiam Auroram dici Tithono filium peperiſſe *Emathiona*, Ἠμαθίωνα. —— Nihil vero iuvant iſta ad *Catulli* nobis *unigenam* illuſtrandum, qui *Nic.* quoque *Heinſio* displicuit; huic venit in mentem, forte legendum *Vndigenam* Certiori coniectura *nictantibus*, pro *nutantibus*, reſtituit *Bentlejus*; verſu praeterea ſequente,

Obtúlit Arſinoës Locridos ales equus.

quo vulgatum ante *Chloridos* docta nobis commenta peperit: *locridicos* in duobus ſe Codd. inveniſſe teſtatur *Achilles Statius*, in uno Leidenſium eſt *docridicos amnis eques. Locridos* ſic adfirmavit *Bentlejus*, ut omne dubium ſuſtulerit.

Proximos *Catulli* decem verſus, qui quinquageſimum quartum ſequuntur, alio ordine collocatos, ſic legi maluit *Gul. Canterus* Nov. Lect. V, c. XXX,

Ipſa ſuum Zephyritis eo famulum legarat,
Grata Canopaeis incola littoribus.

 Is-

Isque per aetherias me tollens avolat auras,
 Et Veneris caſto collocat in gremio.
Vvidulum a fletu, cedentem ad templa deûm, me
 Sidus in antiquis Diva novum poſuit:
Scilicet in vario ne ſolum limite coeli
 Ex Ariadneis aurea temporibus
Fixa corona foret: ſed nos quoque fulgeremus
 Devotae flavi verticis exuviae.
Virginis & ſaevi contingens namque Leonis &c.

Cum is ordo partim ſaltem melior ſit vulgato, ſic pleroſque collocaſſe Poëta videri poterit: Editoris tamen eſſe puto, Codicum in talibus auctoritatem, ordinemque receptum ſequi. Nunc quoque meliores mihi lectiones videntur, quas expreſſit in his *Canterus:*

Isque per aetherias me tollens avolat auras,
 Et Veneris caſto collocat in gremio.

quam quod *Scaligerum* ſequuti probarunt; qui vero cum *Scaligero Voſſioque* leget *umbras*, *avolat* hic olim fuiſſe, ni fallor, fatebitur; non *advolat.* — Ales equus, Zephyritidis famulus, Comam

Veneris caſto collocat in gremio.

Ipſa Venus Aſcanium,

fotum gremio, Dea tollit in altos
Idaliae lucos, — *Virgil.* I. Aen. v. 696.

Tu-

Turnebus Adverſ. XVI, c. I. in verſu *Catulli*, " *gremium*, inquit," ſignificatur *Arſinoës Zephyritidis*: „ ita enim indigitabatur, & *Venus* appellabatur." Verſum *Callimachi*, quem expreſſit *Catullus*,

Ipſa ſuum Zephyritis eo famulum legarat;

quodque eius nobis epigramma ſervavit *Athenaeus* VII. p. 318, B. dubium nullum eſt quin ſpectaverit iſta ſcribens *Stephanus Byz.* in v. Ζεφύριον· —— ἔστι καὶ ἄκρα τῆς Αἰγύπτου, ἀφ᾽ ἧς ἡ Ἀφροδίτη καὶ Ἀρσινόη Ζεφυρῖτις, ὡς Καλλίμαχος. In Epigramm. *Callimachi* permutantur Κύπρει Ζεφυρίτι· & Ἀρσινόη. *Caſaubonus* Anim. VII. c. XIX, cum monuiſſet ſub Veneris Zephyritidis nomine cultam Arſinoën; infra, *Venus*, inquit, *Zephyritis*, *Arſinoë*, *Chloris*, *Hippia*, *ſunt* συνώνυμα· *Hippiae* cognomen Arſinoae —— in epigr. *Hedyli* apud *Caſaub.* Animadv. in *Athen.* p. 817. iam reſtitui Adnot. in Adoniaz. *Theocriti* p. 355. *Athenaeus* VII. p. 318. D. ἔγραψεν, ait, καὶ Ποσείδιππος εἰς τὴν ἐν τῷ Ζεφυρίῳ τιμωμένην ταύτην Ἀφροδίτην τόδε τὸ ἐπίγραμμα.

Τοῦτο καὶ ἐν ποταμῷ καὶ ἐπὶ χθονὶ τῆς Φιλαδέλφου
　Κύπριδος ἱλάσκεσθ᾽ ἱερὸν Ἀρσινόης·
Ἣν ἀνακοιρανέουσαν ἐπὶ Ζεφυρίτιδος ἄκρης
　Πρῶτος ὁ ναύαρχος θήκατο Καλλικράτης.
Ἥδε εὐπλοίην δώσει, καὶ χείματι μέσσῳ
　Τὸ πλατὺ λισσομένοις ἐκλιπανεῖ πέλαγος.

Sternet & aequoreas aequore nata vias. iſta ratione horum verſu im tertius videtur ſcribendus, quo vulgatur Ζεφυρηΐδος ἀκτῆς. Aedificator magnificus Ptolemaeus Philad-lphus mirum non eſt ſi templum in honorem uxoris erexerit Arſinoës; hoc ipſo honore, quam praeter alias plurimas amavit (*Athen.* XIII. p. 567. E.) puellam *Bliſtichin* dignatus: Βλίστιχιν praebet *Clemens Alex.* in Protrept. p. 42, 31. *illius*, teſte *Plutarcho* in Erotico p. 753. F. ἱερὰ καὶ ναοὺς Ἀλεξανδρεῖς ἔχουσιν· ἐπιγεγράφατος δι' ἔρωτα τοῦ βασιλέως καὶ Ἀφροδίτης Βλιστίχης· ſic cripſerim pro Βελεστίχης. —— *Famulus*, quem ad comam in coelum ſtelliferum tollendam miſerat Arſinoë Zephyritis, equus eſt ales, vel alatus, quem paulo ante memoravit: apud *Virgil.* Aen. III, 113, — *iuncti currum dominae* (Cybeles) *ſubiere leones:* eximie Leo Nemeaeus a *Manilio* dicitur IV, v. 760,

Idaeae matris famulus.

Commodum *N. Heinſius* hic *Apuleji* meminit, a quo in Pſyches fabula Cupidinis *famulus* fingitur ventus *Zephyrus*, primum in fine L. IV. Met. ubi *Pſychen — mitis aura — Zephyri — vehens — florentis ceſpitis gremio leniter delapſam reclinat.* L. V. p. 92, *illi tuo famulo praecipe Zephyro, ſimili vectura ſorores huc mihi ſiſtat.* p. 93, *eas vocato Zephyro tradit reportandas.* —— ſuum vero famulum quo miſerat Zephyritis? Alexandriam ad tem-

templum, in quo Coma fuerat dedicata; atque adeo *in loca grata litoribus Aegypti;* ab Aegypto distinguebatur Alexandria: vid. *Philo Iudaeus* p. 884. B. 1028. B. *Philostratus* de V. A. p. 206. med. p. 227, v. 3. & 6. a *Dione Chrys.* sed in Orat. XXXII. ad Alexandrinos, p. 372. A. Aegyptus Alexandriae dicitur προσθήκη· In hanc sententiam versum accipio *Catulli*,

Grata Canopiis in loca litoribus.

recepta correctione *Is. Vossii* & *Nic. Heinsii*, legentium *in loca* pro vulgato per Codd. atque Edd. *incola;* " miror, inquit *Vossius*, tam turpe men„ dum hactenus non suboluisse tot tantisque inter„ pretibus." Interpretamenta *Scaligeri* modestius erit ne memorasse quidem; qui, *Puteano* aureolum *Catulli*, *Tib. Prop.* libellum iam dedicans A. CIƆIƆLXXVI, *ne integrum quidem mensem*, scribit, *illis tribus Poëtis recensendis impendimus:* quod ego certe non miror, dum cogito Temporum Emendationem; *Eusebii* Chronicon; Indices in Inscriptiones *Gruteri; Varronem; Manilium;* & reliqua, quorum operum vel uni condendo ne pares quidem essemus, si suas nunc quisque copiolas in unum conferremus homines literati.

vs. 59. Scilicet *in vario ne solum lumine coeli Ex Ariadneis aurea temporibus Fixa corona foret;*]

 Nisi

Niſi quod, pro *limine*, vel *limite*, ſcripſi cum *Scaligero lumine*, ut iam editum legitur in margine Ed. Venetae Gryph. A. 1553, ex Edd. antiquis recepi *Scilicet*, quod tamen incerta nititur auctoritate: Voces genuinas in veteri membrana legi non potuiſſe liquet ex Voſſianis Codd. in quibus iſta ſunt: *ni dii ven ibi vario.* in Ed. A. 1481, *Hii dii ibi vario*, quod & *Voſſius* ex Cod. MS. enotaverat: in antiquiore Ed. A. 1474, iam legebatur *Scilicet in vario.* Ne aliorum hic incertas memorem coniecturas, *Scilicet*, a *Mureto* probatum aliisque, ſenſum dat aptiſſimum; ne unicum eſſet inter ſidera aureum Ariadnei verticis ornamentum:

ſed nos quoque fulgeremus,
Devotae flavi verticis exuviae.

Flavus Berenicеae *vertex* ut in coelo fulgeret, ſicut *aurea* Ariadnes *corona*: Ab Ariadnes corona *Callimachus* hanc Comam Berenicae cum plerisque diſtinxit; quam nonnulli quoque Ariadnes fuiſſe crediderunt: de huius agens corona *Eratoſthenes* Cataſt. c. V, Φασὶ καὶ τὸν Πλόκαμον ταύτης εἶναι τὸν φαινόμενον ἐπὶ τῆς κέρκου τοῦ Λέοντος. huc pertinent iſta in *Scholiis* ad *Aratea Germanici* p. 108, *ſignum amoris eius* (Liberi) *crines oſtendunt*, —— *ſtellis fulgentibus ſub cauda Leonis.* Crines forte viſi ſunt flores, e quibus plexa ſecundum quosdam fuit corona: *Athenaeus* XV. p. 684. F. ἀπὸ τούτου τοῦ ἄνθους

(Θη-

(Θησεὺς) φασὶ δὲ τὸ Ἀελάδης καλλέμβιον στέφανον πεπλέχθαι· hanc opinionem sequitur *Manilius* V, v. 262,

Aut varios nectet flores, sertisque locabit,
Effingetque suum sidus.

in *Athenaïcis* φησὶ legisse *Scaliger* videtur, ad v. 269, istam opinionem tribuens *Timachidae*. Apud eundem *Manilium* I, 326

claro volat orbe corona,
Luce micans varia;
Gnossia desertae quondam monumenta puellae.

Ovid. VIII. Met. v. 178. Liber —

sumtam de fronte coronam
Immisit coelo: tenues volat illa per auras:
Dumque volat, gemmae subitos vertuntur in ignes.

alibi novem aureae coronae gemmas *per novem stellas* micare cecinit; ex vero: *Eratosth.* ἔχει ἀστέρας ὁ στέφανος ἐννέα, κύκλῳ κειμένους, ὧν εἰσι λαμπροὶ γ'. numeri sic index adiicienda vulgatis est litera: *Hygin.* Poët. Astr. III, c. IV, *habet novem stellas in rotundo dispositas, sed ex his tres clarius ceteris lucentes.* apud eumdem dicitur, L. II, c. V, *a Vulcano factam ex auro & Indicis gemmis, coronam* Ariadne, *cum Libero nuberet,* —— *muneri a Venere & Horis accepisse.* quae facta sunt Latina de his Graecis *Eraton*, παρὰ Ὡρῶν λαβοῦσα καὶ Ἀφρο-

δήμου· Ἡφαίστου δὲ ἔργον εἶναι φασὶν ἐκ χρυσοῦ πυρώδους καὶ λίθων Ἰνδικῶν. hinc facile emaculari poterit *Theon* in *Arati* Phoen. v. 70. ὑπὲρ in περὶ muta o. *Tertullianus* de Corona c. VII, *Ariadnae*, inquit, *sertum ex auro & Indicis gemmis Vulcani opus, Liberi munus, ac postea sidus.* Ex his manifestum erit, cur dixerint Ἀριδήλαν, τὴν Ἀριάδνην, Κρῆτες. quae glossa est *Hesychii.*

vs. 63. *Vvidulam a fluctu cedentem ad templa Deûm, me Sidus in antiquis Diva novum posuit.*] Hic vice fungar cotis, ad veram forte lectionem detegendam alios ἀκονήσων. tot prostant in hunc versum coniecturae, quarum nullam τὸ τῆς ἀληθείας ἁπλοῦν mihi quidem commendat; ut hic etiam novus adhuc corrector videatur exspectandus: *Vividule a flatu* legens *Scaliger* ne dubitari quidem patitur, quin ista vera sit emendatio: *Is.* vero *Vossius* nihilo meliorem illam censet lectione *Mureti, uvidulam a fletu:* haec *Palladio Fusco* iam venit in mentem, pro *fluctu*, quae Codicum esse videtur atque Edd. veterum lectio. Vvidulam a fluctu *Vossius* interpretatur *roscido Oceani aëre madentem*; ridetque legentes *fletu*; *ac si coma*, inquit, *flere posset.* Potestne Coma *loqui, laetari, discruciari?* v. 75. v. 51., *Abiunctae paulo ante comae mea fata sorores Lugebant. Vvidulam ac fletus edentem* legebat *Nic. Heinsius:* qui ante hos XLII annos Callimachea & aliorum quaedam carmina vulgavit,

vi-

vitium in voce *cedentem* haerere tollique posse suspicabatur, si scriberetur *escendentem*. *Templa Deûm* de coelo dixisse *Parthenius* iam docuit. Haec ad me dedit *Santenus* Noster: " Deum me] Co-
„ dices fere *decunae*, *decumae*, *dianae*; unus Sai-
„ bantis, *dionae*. *Deum me*, Edd. Reg. Aldi-
„ nae, Guarinus; *Dianae*, ambae Venetae. *Dio-*
„ *ne* Romana, Vicentina, Brixiensis. *Dionae* pro-
„ bat Eruditiss. meus Giovenazzius; cui si adsen-
„ tiaris, legas:
„ Uvidulae a fluctu cedentem ad templa Dionae.
„ *uvidula* est in v. c. Perreji." —— Hoc quidem distichon a *Gul. Cantero* male transponi, quae proxima sequuntur demonstrant.

vs. 65—68. *Virginis, & saevi contingens namque Leonis Lumina, Callisto iuncta Lycaonidi, Vertor in occasum tardum dux ante Booten, Qui vix sero alto mergitur Oceano.*] In horum versuum secundum recepi genuinam certe patronymicam foeminini nominis formam, *Lycaonidi*, atque adeo viri Doctiss. coniecturam, qui Callimachum edidit Londini A. 1741. nitidis certe typis descriptum neque notis ullis oneratum; quasque Poëmatis a se recentatis in fine libelli publicavit, forte nunc, si est in vivis, vellet omissas; nisi quod pueris ista scripsisse videtur. Ex variis Codicum atque Editionum veterum lectionibus optima mihi cum *Achille Statio*, & *M. Ant. Mureto*, videbatur ista: *Callisto iun-*

iuncta Lycaoniae: quia tamen tertii casus in talibus ista scriptio minus est usitata, hic forte meliorem, *Callistoe*, praeter alias, iam praebet Ed. A. 1474. vel *Callistoi*, ut scribit in his *Grotius* ad Imagines Arateas p. 43, recte, post *Scaligerum*, observans, Comam Berenices quatuor propemodum signis esse circumseptam, collocatam quippe inter Helicen, Booten, Leonem, & Virginem: secundum casum talium nominum Latine quoque scripserunt *Mantûs* & *Sapphûs*. —— Qui lectiones Codicum diversas cognoscere cupit, haec legat *Santeni:* " Codex Io. Saibantis, isque solus ,, habet *iuncta:* primus eiusdem Cod. *iucta* a manu ,, sec. reliqui *iusta*, vel *iuxta*. —— *Lycaoniae* a ,, manu sec. solus Mediolan. Codex: quatuordecim quorum penes me sunt excerpta, *d* in *Lycaonida* non agnoscunt. —— *iusta* in Edit. Veneta 1475. & Rheg. sed *iuncta* in Vicent. Brix. ,, Aldinis, Guarini. —— *Lycaonia* Veneta, Rheg. ,, Vicent. sed *Lycaoniae* Brix. Aldd. Guarini." —— In istis *Catullianis*, ——

Vertor in occasum tardum dux ante Booten,
Qui vix sero alto mergitur Oceano.

Homerum Callimachus veteresque sequitur Astronomos; secundum quos *Aratus* etiam scripsit v. 581,

Τετράσι γὰρ μοίραις ἄμυδις κατιόντα Βοώτην
Ὠκεανὸς δέχεται.

sic

ſic ibi legendum ex *Euſtathio* vidit *Georg. D'Arnaud* Lect. Graec. II, c. v. optime *Theon* in *Scholiis*, τεσσάρων, inquit, Ζωδίων ἐπέχει χρόνον ἐν τῷ δύεσθαι. *Homerus* iam dixerat in Od. E. v. 272,

ὀψὲ δύοντα Βοώτην·
Ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν.

Hoc coeleſte plauſtrum quia ſequitur Arctophylax, ſive fuerit Icarius, ſeu Philomelus, certe bubulcus, aut arator, ob iſtam quoque rationem *tardus* dicitur a *Catullo* Boötes: Attici Icarii, qui utres vino plenos in plauſtro per Atticam vexerit, plures meminere; ſed qui ſub *Hermippo* teſte, praeter *Hyginum*, P. A. II. c. IV, tradiderit, Philomelum ob plauſtrum inventum inter aſtra relatum, neminem novi. Solis equis alia iam ſpatia percurrentibus, auctore *Ovidio* II Metam. v. 176,

Te quoque turbatum memorant fugiſſe, Boöte,
Quamvis tardus eras, & te tua plauſtra tenebant.

ubi notantur in eandem ſententiam alia: hic unius ponam *Propertii* verſum 57 Eleg. III L. III,

Cur ſerus verſare boves & plauſtra Boötes.

Secundum *Eratoſthenem*, c. VIII, habet Arctophylax ἀστέρας, ἐπὶ μὲν τῆς δεξιᾶς χειρὸς δ', οἳ οὐ δύνουσιν. *Hyginus* P. A. III, c. III, *habet in manu dextra ſtel-*

las

las quatuor, *quae nunquam occidere dicuntur: quae non occidunt*, legitur in *Scholiis* ad *Aratea Germanici* p. 110. —— *Lycaone nata*,

Callisto Arcadios erraverat ursa per agros,

Propert. II El. xxi, 25. in historia notissima mirum est cur testis citetur *Callimachus* in *Schol.* ad *Homeri* Il. Σ. v. 487. sed *Lycaone natam* non dixerat, opinor, *Manilius*, *ad sidera ductam* raptu, verum *partu*; scribendumque arbitror, in eius L. II, v. 29,

—— partuque *Lycaone natam.*

Est in *Euripidis* Helena locus v. 380 & seqq. qui *Robortellum*, *Sigonium*, *Victorium*, & *Muretum* valde exercuit; ex quo videri deberet Callisto cum Iove rem habuisse, in leaenam (non in ursam) conversa: hunc locum sic nuper tractavit *Musgravius*, ut illa quidem videri debeat in leaenam mutata, nec tamen cum leaena Iupiter congressus, in leonem ipse transformatus: Euripidea retractaturus haec expendat ex *Homiliis Clementinis*, quas *Cotelerio* debemus, Homil. V, cap. xiii, Ζεὺς —— Καλλιστῷ (Καλλιστοῖ) ἠγελάσθη Λέων, καὶ ἄλλον τίκτει Ἀρκάδα. Amores Iovis Deorumque non inconcessos tantum & foedos, sed in quibus narrandis vellem parciores fuissent Poëtae, nemo alius investigavit tanta diligentia, quantam adhibuit in illis recensendis eruditissimus istorum *Colloquiorum* scriptor, seculi proba-

babiliter secundi post C. N. Christianus ille quidem, sed a nostratium certe formula valde diversus. In Poëtis autem Graecis Latinisque exercitatus in isthoc opere, atque in indice atro amorum Iovis praesertim & Apollinis, vitiosa reperiet, & tenebricosa; hoc etiam de Iove, eodem cap. XIII., Ἐρσαίη Νύμφη (συνῆλθε) γινόμενος γύψ, ἐξ ἧς οἱ ἐν Σικελίᾳ πάλαι σοφοί. in ultimis facile sciolum agnoscas, cui *veteres Sophi* Siculis *Palicis* erant notiores: corrigo, Αἰτναίᾳ Νύμφῃ γινόμενος γύψ, ἐξ ἧς οἱ ἐν Σικελίᾳ Παλικοί. *Aetnaeae* puellae nomen datur *Thalia*, quod olim illic etiam adscribi potuit. *Stephanus Byz.* in Παλική, *templo* Παλικῶν memorato, οἱ εἰσιν, ait, δαίμονές τινες, οὓς Αἰσχύλος ἐν Αἴτναις (imo Αἰτναίαις) γενεαλογεῖ Διὸς καὶ Θαλείας τῆς Ἡφαίστου· *Virgilii placabilis ara Palici*, (Aen. IX v. 585,) optima quaedam nobis peperit *Macrobii* Saturn. V, c. XIX, haec quoque p. 512, *in Sicilia Symethus* (*Symaethus*, Σύμαιθος) *fluvius est: iuxta hunc Nympha Thalia, compressa Iovis gravida, &c.* —— *duo infantes de alvo Thaliae progressi emerserunt, appellatique sunt Palici*, ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι· quidquid apud veteres de Palicis legitur, vix litera mutata, diligens veterum lector, transscripsit *Phil. Cluverius* in Siciliam suam Antiquam p. 341—347, ista etiam *Servii* in l. *Virg. Aetnam Nympham, vel Thaliam, Iupiter cum vitiasset*, —— *duo pueri* (ex illa nati) *Palici dicti sunt.* scripsisse hic quoque videtur *Aetneam Nympham Thaliam*; & *Ae-*

schy-

ſchyli Tragoediae dicta, non Αἴτνα, ſed Αἰτναῖαι, cum veniſſet is in Siciliam, ut Hieroni gratificaretur, urbem Aetnam condenti, ſecundum *vitae* eius *Scriptorem* ἐπεδείξατο τὰς Αἴτνας, οἰωνιζόμενος βίον ἀγαθὸν τοῖς συνοικίζουσι τὴν πόλιν· *ut novae urbis incolis laeta quaevis ominaretur, publicavit a ſe ſcriptam Tragoediam Aetnaeas.* ſcribendum enim & illic arbitror τὰς Αἰτναίας. ab *Aetnaeis*, ſive puellis, ſeu certe mulieribus, quae chorum conficiebant, fabulae fuit nomen; ut a choro permultae fuerunt & illius & aliorum Tragicorum denominatae: Αἰτναῖαι quoque ſcribendum potius in *Indice* fabularum *Aeſchyli*, quam Αἰτναῖοι. *Aetnaearum* nomen *Gatakerus* A. M. P. c. X. p. 512, reſtituere voluit *Galeno* T. V. p. 455, ubi verum *Aeſchyléi* dramatis nomen *Bentlejus* iam dedit in Epiſt. ad *Millium* p. 58. Forma nominis nemini erit ſuſpecta: *Sophocles* memorat Αἰτναίας ἔπι Πώλȣ βεβῶσαν, Oed. in Col. v. 304; quique nobis excerpta dedit e *Diod. Siculo*, τȣ̀ς τῷ Αἰτναίῳ Διὶ καθιδρυμένȣς *in Sicilia* βωμȣ̀ς, T. II. p. 602, 39. ubi Iovem *Aetnaeum* e *Pindaro* profert *Weſſelingius.*

Vnius verſus occaſione, lectore philologo Critico, ut equidem ſpero, non nolente, ſcripta ſi me diutius iterum tenuere, quam fortaſſe debuerant; ſequentes tamen nonnulli paucis tractari poterunt, utpote intellectu facillimi, nihilque adeo continentes, quod nobis dare poſſit ἀφορμὴν ad alia quaedam digrediendi; ad quae facile delabimur: *Ingenii ſequimur ſemina quisque ſui.*

vſ. 69.

vs. 69. *Sed, quamquam me nocte premunt vestigia Divûm*, —] Ad *Manilii* I, 801, commodum comparavit *Bentlejus* cum circuli lactei incolis heroibus, qui Deorum illic, in altiore scilicet sede degentium, verae virtutis cultores proxima tangere canit vestigia:

Altius aetherei quam candet circulus orbis.
Illa Deis sedes: haec illis, proxima divûm
Qui virtute sua similes vestigia tangunt.

Quod *Scaliger* attigit, est in *Arati* Phaenom. v. 359,

— θεῶν ὑπὸ ποσσὶ φορεῖται
Λείψανον Ἠριδανοῖο πολυκλαύστου ποταμοῖο.

& cetera sidera — *premunt vestigia divûm Fluminaque errantes late sinuantia flexus; Manil.* V, v. 14. In coelum relatus [*Virgilii* Ecl. V, 56,]

Candidus insuetum miratur lumen Olympi,
Sub pedibusque videt nubes & sidera Daphnis.

Sequenti versui 70,

Luce autem canae Tethyi restituor:]

nihil inesse videbatur minus Catullianum: In Vossianis Codd. legitur *Lux* pro *Luce*; in eorum uno *theti restituem*: *Ianus Meleager*, & ante illum *Palmerius*, *Lux* hic positum pro de luce, vel de die, crediderunt, legentes,

Lux autem canae Tethyi restituent.

neutrum probo; multoque minus, quod est in Ed. A. 1474, — *restituor Thetidi.* Apud *Manil.* I, v. 417.

non *clarius astrum*
Tinguitur Oceano, coelumque revisit ab undis.

astra L. V, 28.

Quid valeant ortu, quid cum merguntur in undas.

In undas mergi, Oceano tingui, vel *se tingere*, *Tethyi restitui* apud Poëtas sunt ἰσοδυναμοῦντα. Nonnihil adiuvanda est *Tan. Fabri* necessaria correctio, legendusque in *Callim.* h. in Del. versus 17,

Ὁππόσαι Ὠκεανόν τε καὶ ἐς Τιτηνίδα Τηθὺν
Νῆσοι ἀολλίζονται·

sic eleganter posita semel praepositio ad maritum aeque pertinet atque uxorem, sive fratrem & sororem: nam

Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn,

Ovid. Fast. V, 81. Vt autem in versu emendato, sic eadem ponitur a *Bione* praepositio fragm. Carm. V. v. 11,

Ἐς πόσον ἁ δειλοὶ καμάτως κεἰς ἔργα πονεῦμες;

Quid tam sollicitis vitam consumimus annis?

(*Ma-*

(*Manil.* IV, I.) κατὰ a *Moſcho* in Europa (Carm. II) v. 138,

σὺ δ' ἢ χθόνα καὶ κατὰ πόντον
Ἀβροχον αἴσσεις.

In Epigr. *Antipatri* Anthol. VI, c. xv, 21,

Τὰν ἔλαφον Λάδωνα καὶ ἀμφ' Ἐρυμάνθιον ὕδωρ —
Παῖς ὁ Θεαρίδεω Λασιώνιος εἷλε Λυκόρμας.

Horatius Carm. III Od. xxv, initio

Quo me, Bacche, rapis tui
Plenum? quae nemora aut quos agor in ſpecus?

in, ante nemora inſertum, Codicum auctoritate *Bentlejus* eiecit: quae vir illic in ſuo genere Princeps notavit Doctis nota ſunt, ſed alia quaedam hic libenter legent: —— ad *Sophoclis* ex Aegeo verba apud *Pollucem* X, 160, haec ſcripſit olim *Bentlejus* in Epiſtola ad *Tib. Hemſt.* data, quam ſervat inter paterna κειμήλια Filius patre *Tiberio* dignus *Franciscus Hemſterhuſius*, cui nollem adeo placuiſſet τὸ, λάθε βιώσας. " Sanus erit Sopho„ clis locus:

„ Κέστρας σιδηρᾶς πλευρὰ καὶ κατὰ ῥάχιν
„ Ἤλαυνε παίων.

„ *agitabat prae ſe hominem verberans ſuper latera* „ *& dorſum* κέστρα *ferrea.* Eleganter illud πλευρὰ

 „ ad

„ καὶ κατὰ ῥάχιν· hoc est κατὰ πλευρὰς καὶ ῥάχιν. quale illud
„ Anacreontis,

„ Ἢ Νεῖλον, ἢ 'πὶ Μέμφιν· "

vſ. 71. *Pace tua fari haec liceat, Rhamnuſia virgo;*] Pervenuſta duo *Q. Catuli* nobis Epigrammata conſervarunt *Cicero* & *A. Gellius*, quae ſunt in Antholog. Celeberr. *Burmanni Secundi* T. I. p. 669, 670; hoc quidem in Roscium *Cicero* de N. D. I, c. XXVIII.

Conſtiteram exorientem Auroram forte ſalutans,
Cum ſubito a laeva Roſcius exoritur:
Pace mihi liceat, Coeleſtes, dicere veſtra,
Mortalis viſu 'ſt pulcrior eſſe Deo.

Catullus Elegia ad Manlium (LXVII) v. 77.

Nil mihi tam valde placeat, Rhamnuſia virgo,
Quod temere invitis ſuscipiatur heris.

heris hic eſt *Diis*, quos proximo verſu *coeleſtes* dixerat *heros*. Arrogantiae ſeveriſſimam illam vindicem Licinio ſuo ponit ob oculos Epigr. L. v. 18,

Nunc audax cave ſis, precesque noſtras,
Oramus, cave despuas, ocelle;
Ne poenas Nemeſis repoſcat a Te:
Eſt vehemens Dea; laedere hanc caveto.

Cu-

Cuiuscunque tandem ſit, amatoris audaciſſimi eſt inter *Callimachea* Epigr. XLVII,

Τὸν καλὸν ὡς ἰδόμαν Ἀρχίστρατον, ὃ μὰ τὸν Ἑρμᾶν,
Οὐ καλὸν αὐτὸν ἔφαν· ὃ γὰρ ἄγαν ἐδόκει
Εἶπα, καὶ ἁ Νέμεσίς με συνήρπασε, κεὐθὺς ἐκείμαν
Ἐν πυρὶ, πᾶς δ' ἐν ἐμοὶ Ζεὺς ἐκεραυνοβόλει.
Τὸν παῖδ' ἱλασόμεσθ', ἢ τὰν θεόν; ἀλλὰ θεῶ μοι
Ἔστιν ὁ παῖς κρέσσων· χαιρέτω ἁ Νέμεσις.

In epigr. ſic ſcripto nihil aliud requiro. Ne in Doricis iſta licentia latius ſerpat, monendi ſunt iuvenes, ἢ, *aut*, a Cl. *Erneſto* in Edit. renovata *Callimachi* male mutatum in ἃ. in ἤ, μή, θήν, δή, nunquam a Dorienſibus α ſcribebatur; talia dantur permulta, ante lente in indicem referenda & exigenda, quam quis Dorica corrigere inſtituat, niſi velit ab harum rerum peritis ipſe corrigi. Qui haec attigit ob Νέμεσιν *D'Orvillius* in *Charit.* v. 332, plura dedit egregia p. 616, & 617. conf. *Ez. Spanhem.* ad *Callim.* h. in Dian. v. 232, & v. 204. In his utrum dicatur *Rhamnuſia*, ſeu *Nemeſis*, ſive *Opis*, ſeu Ἀδράστεια, ſive Δίκη, ſeu tandem Φθόνος· ſenſus manet idem. Hanc Deam ultricem amatores arroganter deſpecti non incasſum invocabant: exempla det *Ovidius* III Met. v. 406. XIV, v. 694, & ſeqq. cumque Anaxaretes fabula conferatur *Theocriti* Δύσερως ſive carmen XXIII, quod Poëta Latinus omnium, opinor,

Graece eruditissimus, illic expressit imitando. Ex opere perdito *Aeliani* talis legitur apud *Suidam* historia in v. Μέλητος· hic cum spretus se de rupe dedisset praecipitem, οὐ μὴν ἡ τιμωρὸς Δίκη τὸν ὑβριστὴν παῖδα καὶ ὑπερόπτην εἴασεν ἐπεγχανεῖν τῷ τοῦ Μελίτου θανάτῳ. a Poëtis amatoribus tales historias aut fictas aut amplificatas fuisse satis est probabile: In his eiusdem *Aeliani*, ni fallor, apud *Suidam* in v. Σοβαρὸς facile Sophistam agnoscas: Ὅτι οὐ δεδοικὼς, οὐκ ἀλέγων Ἀδράστειαν, οὐδὲ Νέμεσιν ἐμπαιζόμενος. In nota praecedente leguntur ista in v. Σοβαρός· —— Αἰλιανός· ἀναθήμασι σοβαροῖς ἐκόσμησε τὸν νεών. Si quem forte movere possem, ad *Suidae* Codicem optimum Bibl. Leid. cum Edd. comparandum, hic dare lubet specimen eius praestantiae: Nomen Αἰλιανὸς bis illic olim positum effecit, ut omnia intermedia fuerint omissa: haec inedita praebet *Suidas* MS. Αἰλιανός·
„ ἔθαψάν τε αὐτοὺς σεμνῶς τε καὶ σοβαρῶς. καὶ αὖθις. καὶ
„ ἐτιμᾶτο τιμαῖς ταῖς ἐς ἀνθρώπους (leg. puto ταῖς ἐξ
„ ἀνθρώπων) αἰδοῦς τε σοβαρωτέραις. Σοβαρός. ἀπὸ τοῦ τῶν
„ Συβαριτῶν ἀρχῆς μετήχθη τὸ ὄνομα. οἱ δὲ φασὶ παρὰ τὸ
„ σέβας. ἄλλοι δὲ ἀπὸ τοῦ σοβεῖν, ὅπερ ἐστὶ μετὰ σεμνότητος
„ περιϊέναι. Αἰλιανός· tum tandem sequuntur per Edd.
„ vulgata ἀναθήμασι· σ. ἐ. τ. ν." Nihil illa quidem nos docent, quod ignorasse adeo sit detrimento, sed bonitatem demonstrant Codicis Voss. quem hic illic tantum adhibuit *Iac. Gronovius* in libello, quem obiecit *Kustero*. —— In *Aeliani* verbis paulo superius prolatis quod legitur, ultricis

Deae

Deae nomen, Ὦπιν ὧ δεδοικὼς, paulo rarius videri poterit: inſcriptionis *Herodis Attici* hoc eſt initium,

> Πότνι' Ἀθηναίων ἐπιήρανε, Τριτογένεια,
> Ἡ τ' ἐπὶ ἔργα βροτῶν ὁράεις Ῥαμνουσιὰς Οὖπι·

in his ὁρέεις debetur *Caſaubono*. iunguntur iſtae etiam a *Catullo* Carm. LXIII, v. 395,

> *Aut rapidi Tritonis hera, aut Rhamnuſia virgo.*

Ter ab illo Nemeſis *Rhamnuſia* dicitur *virgo*: Tritogeniae virginitas nullius, quod ſciam, ſuſpicione fuit violata: ſed *Rhamnuſia* Nemeſis an *virgo* manere potuit,

> *Cum Deus in niveum descendit verſus olorem,*
> *Tergaque ſidenti ſubiecit plumea?*

(*Manil.* I, v. 346.) De huius a Iove vitiatae *virginis* partu quae dici poſſent, etiam minus nota, hic tamen prudentius omittentur. Quid caſtius fuit puellis Heliconiaſi? Muſae dicebantur a piis ſacerdotibus *virgines* & ἀειπάρθενοι· de novem tamen virginibus ſeptem filiolos, aut filias, pepererunt: *virgines* a plerisque dici, & plura de Muſis ſcribens *Diodorus Sic.* IV, c. VII. iſtam opinionem refutare non potuit: quos ſeptem Muſae pepererint, memorantur in *Schol.* ad *Hom.* Il. K. v. 435. conf. illic *Euſtath.* p. 741, 45. *Pauſan.* IX. p. 766. & *T. H.* in *Lucian.* T. I. p. 250. Si

inſcriptio una cum ſimulacro conficta fuit a recentiore, quam habet *Reineſius* Cl. I, 126, Ἐλευθερίας χαριστήρια τῇ Νεμέσει Ῥαμνουντόθεν Νέαιρα Ἀθηναία χαριτοβλέφαρος ἀνέθηκεν, qui illam ſcripſit antiquitatis peritus legerat apud *Stephanum*, praeter alia ſimilia, Ῥαμνουντόθεν· apud *Demoſthenem*, *Aeſchinem*, aliosque, plures quidem dictos Ῥαμνούσιος· neminem tamen apud illos, ſub iſta forma, in aliis Attices pagis deſignandis ſatis uſitata, Ῥαμνουντόθεν. Χωρίδιον μικρὸν Ῥαμνοῦντι memorat *Lyſias* p. 341.

vſ. 72—74. (*Namque ego non ullo vera timore tegam, Non, ſi me infeſtis discerpant ſidera dextris*, *Condita quin* veri *pectoris evolüam.*) Hac ratione ſigna parentheſeos recte, ut puto, fuerunt a me collocata: cohaeret enim verſus 71, cum v. 75, *Pace tua fari haec liceat*, —— *Non his tam laetor rebus, quam*, —— *Abſore me a Dominae vertice diſcrucior.* —— In verſu medio, pro *Non ſi me* —— ex Codd. non dubitavi reſtituere,

Nec ſi me ——

quod non in Voſſianis tantum fuit a me repertum, ſed in aliis etiam decem Codd. multisque Edd. priscis legi monuit me egregius ille Noſter *Santenus*; illud etiam, in duodecim Codd. (ut in Voſſianis) ſcribi *discerpent*; in uno tantum Mediolanenſi *discerpant*; quod forte nemo ediderit ante

Al-

Aldum; tandem Codices atque Edd. conſpirare in lectione vulgata, *infeſtis dictis.* in hunc ego verſum, quod *Catulli* carminum editor fortaſſe non feciſſem, elegantem recepi *Bentleji* coniecturam, legentis,

Non ſi me infeſtis discerpant ſidera dextris;

dictis aliquem *infeſtis petere, corripere, mordere* dici commode potuit; nescio an etiam *discerpere;* ſed ſaepe dixerunt *ſaevas* vel *infeſtas manus* aut *dextras*, quibus ex. gr. Orphea Threïſſae Bacchantes *discerpſere:* huc ſpectabat *Cicero* cum in Academicis mentionem faceret *quaerentium*, —— *quem incomptis unguibus bacchantes aſperoque ore discerpant*, Ed. *Daviſii* p. 266. forſan & *Apuleius* in iſtis Met. II. p. 38, *laceratus atque discerptus domo proturbor:* apud *Ovidium* certe XI Met. v. 22,

cruentatis vertuntur in Orphea dextris.

Virgilium Georg. IV, v. 522, Orphea

Discerptum latos iuvenem ſparſere per agros.

τὰ διασπασθέντος μέλη διέῤῥιψαν. *Hyginus* P. A. II, c. VII, *Orpheus*, —— *ut Eratoſthenes aït, in Pangaeo (monte) ſedens, cum cantu delectaretur, dicitur Liber ei obieciſſe Bacchas, quae corpus eius discerperent interfecti. Eratoſthenes* in Cataſt. c. XXIV. de Orpheo, qui, ſpreto Libero, unum maxime co-

luerit, Deorum certe beneficentiſſimum, Solem: ἐπεγειρόμενος ἐπὶ τὴν ἕω (ſic e Cod. MS. leg.) ἐπὶ τὸ ὄρος —— Πάγγαιον, προσέμενε τὰς ἀνατολάς· —— ὅθεν Διόνυσος ὀργισθεὶς αὐτῷ ἔπεμψε (L. ἐπέπεμψε) τὰς Βασσαρίδας, ὥς φησιν Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς, αἵτινες αὐτὸν διέσπασαν, καὶ τὰ μέλη διέρριψαν χωρὶς ἕκαστον· infeſtis tamen illarum manibus diſcerpti vatis ſui huc illuc ſparſa membra Muſae illic compoſuiſſe dicuntur, & humo condidiſſe ἐπὶ τοῖς λεγομένοις Λειβήθροις. de his quae a me dici poſſent hinc eſſent nimis aliena: *Orphei* diſcerpti ſive fabulam, ſeu hiſtoriam tractaſſe ſuſpicor *Aeſchylum* in perdito *Baſſaridum* dramate.

Sequente verſu 74,

Condita quin veri *pectoris evoluam:*

quum in nonnullis ſaltem Codd. legeretur *veri pectoris*, quod ante Aldum iam dedit qui curavit Edit. A. 1474, hoc alteri lectioni plerorumque Codd. atque Edd. *vere* anteтuli: legitur quidem in Edit. etiam *Iſ. Voſſii*, *veri pectoris*, ſed alterum ille tamen ſervandum iudicavit. Cum *Catulliano* verſus comparari poterit *Horatii* Serm. I Ecl. IV, 89,

Condita cum verax aperit praecordia Liber.

In proximis vſſ. 75, 76,

Non his tam laetor rebus, quam, me abfore ſemper,
Abfore me a Dominae vertice diſcrucior.

nemo

nemo facile vitium inesse suspicabitur: quam dedit coniecturam *Theod. Marcilius*, indoctis forte Parisinis iuvenibus istius aevi placere potuit; sed scholis ista suis servare Professor debuerat Regius, non publicare, dum his in literis principatum tenebant *Scaliger* & *Casaubonus*. —— In coelum stelliferum relata, hoc tamen honore non laetabatur *Coma Berenices*: longe aliter sentiebat, quem Poëta centum aliis in ista farragine melior facit loquentem in carmine, quod est in Antholog. Lat. *P. Burmanni Sec.* T. II, p. 9, & 11,

—— *quid o me ad sidera coeli*
Ablatum quereris? desine flere Deum.

—— ——

Nam me sancta Venus sedes non nosse silentum
Iussit, & in coeli lucida templa tulit.

vss. 77, 78. *Quîcum ego, dum virgo quondam fuit, omnibus* expleta *Vnguentis, myrrhae millia multa bibi.*] Ad haec Doctissimus Noster *Santenus*: „ *dum* firmant decem Codices; (his iungantur „ Vossiani;) *quum* ex suo libro Scaliger ingessit, „ quem postea secuti sunt, Vulpius etiam in Ed. „ posteriore. —— Quae scribit Heinsius ad III. „ Aen. 625. fere persuaderent, ut coniecturam „ (legentis, *Expersa*,) in textum recipi posse „ concederem; nisi optima Codicum lectio exstaret, *expleta*, in Perreji v. c. & Colotii, in

„ ex-

„ excerptis etiam Ruhnkenii, & Minturni." —— Codicum multorum atque Editionum veterum eft lectio, —— *omnibus* expers *Vnguentis* una *millia multa bibi:* Ab aliis in hunc iam verfum recepta, vox *myrrhae* debetur *If. Voffio;* in Codd. atque in Edd. *una* conftanter legi monet *Santenus*, nifi quod Dati Codex habet *vini* a m. prima; unde *Heinfius* efformaverit *crocini;* qui tum verfus recordabatur *Propertiani* III. Eleg. VIII, 22,

Et crocino nares myrrheus ungat onyx.

Nifi nimium a literis vulgatis recederent, elegantes videri poffent coniecturae *Io. Aurati*, & *Io. Pafferatii*, qui Catulliana corrigere conabantur legendo:

Quicum ego, dum virgo quondam fuit ominis expers,
Vnguenti Affyrii millia multa bibi.

ut fit *ominis expers* idem ac *expers thalami*, vel *nuptiarum expers* (in quem fenfum *Mureto* intacta dici poffe videbatur *omnibus expers;*) apud *Virgil.* & *Horat.* Ifta certe fi darent Codices, alia non requirerentur: antequam *Aurati* memoraret coniecturam, quid hic fententia pofceret, perfenferat *Pafferatius*, *expletam* nempe *unguentis.* Ante *N. Heinfium exfperfa* iam venerat in mentem *Tan. Fabro*, quod ex Filiae novimus indicio: docte autem ad *Virgilium Heinfius exfpergendi* verbum adfirmavit; hic tamen quod in nonnullis eft Codicibus, omni-

omnibus expleta
Vnguentis

ab istius & sequentis aetatis scriptoribus, *Cicerone* etiam & *Virgilio*, adhibitum hoc sensu vocabulum, hic videtur optimum; recepta tum *Vossii* coniectura, suum mihi recuperasse videtur *Catullus*, — *omnibus expleta*

Vnguentis, myrrhae *millia multa bibi.*

Millia multa Catullianum est: Carm. V, 10. XVI, 12. LX, 210. — *basia* — *Dein quum millia multa fecerimus.* — *Vos, quod millia multa basiorum Legistis* —: *Ille* — *Siderum* —

Subducat numerum prius,
Qui vestri numerare volt
Multa millia ludi.

Qui adeo hic commodam *myrrhae* vocem restituit, nollem *Is. Vossius* vocem *expers* ut genuinam sibi hic sumsisset, novo quodam, suo tamen, more sic defendendam, ut puellas contenderet honestiores in Graecia oleo quidem, sed non usas unguento, quas unius plantae pinguedo, myrrha, non dedecebat. Dudum tamen ante Vossium Catulliana sic fere ceperat *Victorius* Var. Lect. L. XXXIII. c. VII. — Severa coelestis virago Pallas unguenta spreverit; quorum vix nomen, ut opinor, audiverat

a

a matre Spartana parce ac duriter educata, ut, oleo corpus inuncta, viriliter in arena posset versari,

Inter luctantes nuda puella viros.

Tali puellae, ut in eadem Elegia xii. L. III. canit *Propertius* v. 28,

Est neque odoratae cura molesta comae.

Solon sua aetate ne viris quidem permisit Athenis unguenta vendere, nedum artem unguentariam exercere: cum memorasset τὴν μυρεψικὴν τέχνην, *Athenaeus* XIII. p. 612. A. Σόλων, ait, ὁ νομοθέτης οὐδ' ἐπιτρέποντος ἀνδρὶ τοιαύτης προΐστασθαι τέχνης. XV. p. 687. A. Σόλων ὁ σοφὸς διὰ τῶν νόμων κεκώλυκε τοὺς ἄνδρας μυροπωλεῖν. Sed ista quoque lex *Solonis* fraudibus facile fuit violata; quantusque per Graeciam florentem opibus unguentorum fuerit usus, pro herbarum & florum, e quibus fiebant, nominibus variis, appellationes diversissimae satis ostendunt, quarum vel ex uno *Athenaeo* (XIII. p. 553. XV. p. 688, 689. collato *Clemente Alex.* L. II. Paedagogi c. viii) ingens index contexi posset. Noverat *Vossius*, Ptolemaeorum aula Alexandrina vix quidquam isthac aetate fuisse magnificentius magisque luxuriosum; quantumque Alexandriae ipsae studuerint Reginae, ut illic optima conficerentur unguenta, *Victorius* jam docuit Variar. Lect. l. c. —— & Berenice instar Spartanae virginis

ex-

expers fuiſſet *Vnguenti?* —— Imo vere dicebat illius Coma,

> *Quicum ego*, —— *omnibus expleta*
> *Vnguentis, myrrhae millia multa* bibi.

Poſtremum illud *bibi*, commode poſitum atque eleganter, Interpretum, quos ego noverim, nemo attigit. Reginae crines myrrham & unguenta *biberant*; ut in lucerna ellychnium ἡ θρυαλλὶς, ipſa quinimo *lucerna* Graece πίνειν dicebatur *oleum*; a Romanis *bibere*; lana *bibere*, *combibere*, & *perbibere* colores. Vt Callimachea Berenices Coma, quae teſtis ab inferno iudice nefandorum tyranni facinorum, praeter *lectum*, excitatur, *Lucerna* loquens introducitur a *Luciano* T. I. p. 649, 10, *vidi*, inquit, *infanda multa*, καίτοι πολλάκις ἑκὼν τοὔλαιον οὐκ ἔπινον, ἀποσβῆναι θέλων· *quantumvis ſaepe non biberem oleum, extingui cupiens; ellychnium ſitiens*, cui oleum affunditur parca manu, διψῶσαν & διψαλέαν θρυαλλίδα dixit *Lucianus* T. I. p. 124. T. II. p. 747. Comicis diligenter uſus, legerat *Ariſtophanis* in Nubibus v. 56, ad iſta famuli:

> Ἔλαιον ἡμῖν οὐκ ἔνεσ᾽ ἐν τῷ λύχνῳ,

verba reſpondentis heri,

> Οἴμοι· τί γάρ μοι τὸν πότην ἧπτες λύχνον;
> Δεῦρ᾽ ἴθ᾽ ἵνα κλάῃς. Θ. Διὰ τί δῆτα κλαύσομαι;
> Στρ. Ὅτι τῶν παχειῶν ἐνετίθεις θρυαλλίδων.

el-

ellychnium *crassum*, quod multum *combibebat* olei, παχεῖαν θρυαλλίδα dicebant & πότην λύχνον· *Scholiasta*, τὰ γὰρ παχέα, ait, ἐλλύχνια πολὺ ἔλαιον δαπανῶσι. *bibulam lucernam* docte reddidit *Berglerus*, qui *bibulam favillam* legerat in *Virgil.* Aen. V. 228. *Alcaeus*, Comicus procul dubio, (*Valesium* sequor ad *Harpocr.* p. 3, errat enim *Is. Casaubonus* Anim. in *Athen.* III, c. xxv) *bibulas lucernas*, τοὺς πότας λύχνους dixerat Ἀδδηφάγους, adeo *voraces*, *ut satiari vix possent*, teste *Harpocrat.* in Ἀδδηφάγους τριήρεις. error illic *Blancardi Iac.* nobis *Gronovii* peperit observationem egregiam, Lucianea quoque memorantis p. 12. sua si *Valesius* elaborasset, nihil amplius requireremus. Pulcre *Seneca* Hercule in Oeta v. 664,

Coniux, modico nupta marito,
Non disposito clara monili
Gestat pelagi dona rubentis; ——
Nec Sidonio mollis aheno
Repetita bibit lana rubores.

viri elegantissimi, *Cn. Mattii* felix fuit audacia in his ab *A. Gellio* servatis N. A. XX, c. ix,

Iam tonsiles tapetes ebrii fuco,
Quos concha purpura imbuens venenavit.

venenatae conchae colorem sic *combiberant* ut expleti fuco *tapetes* (*lana* dicitur ab *Horatio medi-*

cata

cata fuco Carm. III. Od. III. 28.) illinc *ebrii* dicantur. tradit in Epiſtola ad Hipparchum *Lyſis*, quid facere ſoleant ante tinctores, ὅπως τὰ βάψιμα τῶν ἱματίων ἀνέκπλυτον τὰν βαφὰν ἀναπίωνἲ. haec & vicina *Plato* expreſſit de Rep. IV. p. 429. D. οἱ βαφεῖς, ἐπειδὰν βουληθῶσι βάψαι ἔρια ὥς εἶναι ἁλουργά, *quid facere ſoleant*, ὅπως δέξωνται (δέξηται dat *Stobaeus* p. 252, 25.) ὅτι μάλιστα τὸ ἄνθος, *ut colorem maxime attrahant*, vel *combibant*. *Platonis* imaginem, & huius imitatores erudite perſequitur Clariſſ. Noſter *Ruhnkenius* in *Timaei* Lex. p. 56, 57. illic locum etiam vel in primis reperire potuiſſent ex Hortenſio *Ciceronis* iſta nobis a *Nonio* ſervata in v. *Imbuere* p. 521, in Fragm. Ed. nuperae p. 1092. *Vt hi*, (MS. *uti*, recte) *qui combibi purpuram volunt, ſufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam, ſic literis talibusque doctrinis ante excoli animos, & ad ſapientiam concipiendam imbui & praeparari decet: lanam* illic in *ſaniem* vir Doctus fruſtra mutatam volebat; & ſcripſiſſe *Plutarchus* videtur T. II. p. 668. F. σύψεις τῶν βαπτομένων ἐρίων.

vſ. 79—83. *Nunc vos, optato* quas *iunxit lumine taeda, Non* prius *unanimis* corpora *coniugibus Tradite, nudantes reiecta veſte papillas*, Quam *iucunda mihi munera libet onyx, Veſter onyx, caſto petitis quae iura cubili:*] Qui modo noverit quid fuerit onyx, in reliquis iſta ratione ſcriptis nihil inveniet obſcuri: ſic vero ſcripta reliquiſſe *Catul-*

lum nemo facile dixerit; distant enim hinc Codd. & Edd. priscae: diversas lectiones ex his *Santeni* Nostri cognoscere poterit Lector, illius etiam elegantem coniecturam:

„ Quod dedisti, *quas*, illud habet Saibantis Co-
„ dex primus a manu secunda, Mediolanensis, &
„ Commelinianus: *quem* Edd. Venetae, *quae*
„ Rheg. *quas* Vicentina, Brix. Aldd. Guarini.
„ vs. 80. *prius* est emendatio Palladii Fusci, quam
„ Aldo persuasit Avancius ut reciperet: in Codd.
„ non comparet. Pro *corpora*, in Dati Cod. duo-
„ bus Mediol. Hamburg. & Palatino est *corpore*.
„ *vincula* in Minturni & Perreji v. c. unde Hein-
„ sius divinabat *cingula*, zonae. — *coniugii* est
„ in Colot. & Perrej. Cod. —— *Quam* sex prae-
„ bent Codd. & priscae Edd. sola, credo, Prin-
„ ceps, *Quum*. —— v. 81. *vincula* dederant
„ Edd. Vicentina, & Brixiensis. Avancius eiici
„ iussit & reduci *corpora*. Lego:

„ Nunc vos, optato iunxit *quas* lumine taeda,
„ *Nunc, post unanimis vincula coniugii*,
„ *Ludite*, nudantes reiecta veste papillas.
„ *Quàm* iucunda mihi munera libet onyx!

„ optimus meus Codex habet *tadite:* in v. autem
„ 80 Codices fere dant *unanimis*, *unanimes*, *una-*
„ *nimos*, &c, unice huc facit *Tibullus* II. 1, 83:

„ Vos

„ Vos celerem cantate Deum, pecorique vocate,
„ Voce palam pecori; clam ſibi quisque vocet.
„ Ludite: iam Nox iungit equos, currumque ſe-
„ quuntur
„ Matris lascivo ſidera fulva choro."

quod in verſu eſt 82, *Quam* in verſu 80 mihi poſtulare omnino videbatur *Non prius* —, prout feliciter emendaverat *Palladius Fuscus*, qui, me iudice, verba ſic in ordinem ſuum nativum recte retulit: *nunc vos, quas taeda iunxit optato lumine, nudantes papillas, reiecta veſte, non prius tradite corpora unanimis coniugibus, quam onyx libet mihi iucunda munera.* Haec longe aliter ceperunt *Scaliger*, *Tan. Faber*, aliique. —— Secundum *Propertium* inter fratres *Helene nudis capere arma papillis Fertur*; & *Hippolyte nuda tulit arma papilla:* ſed —— *nudantes, reiecta veſte, papillas,* ubi in Codd. Voſſianis, *retecta*, minus recte legitur, ſunt κόλπον ἀνεμένα· Vt filium flecteret, *Homeri* Hecuba ſtabat in muris Il. X. v. 80,

Κόλπον ἀνιεμένη, ἑτέρηφι δὲ μαζὸν ἀνέσχε.

apud *Catullum* Carm. LV, v. 11,

Quaedam inquit, nudum ſinum reducens,
En hic in roſeis latet papillis.

Secundum *Quinctilianum* Phryne, quo iudices moveret, *ſpecioſiſſimum* pectus *diducta nudaverat tu-*

nica: tunicam Phrynes *Hyperides* ipse a plerisque discidisse dicitur: vid. *Bergler. ad Alciphr.* L. I. Ep. 31. p. 130. Graecum oratorem videri posset imitatus M. Antonius, qui M'. Aquillii *tunicam a pectore abscidit, ut cicatrices* —— *iudices* —— *adspicerent:* quae sunt *Ciceronis* in Verrem L. V, c. 1. videturque mihi *Quinctilianus* p. 179. non *corporis*, sed scripsisse *adspectu pectoris.* —— Quum Romani veteres unguentorum usum ignoraverint, vasa, quibus unguenta servabantur, Romae hac iam aetate Graecis dicebantur appellationibus, *alabaster* & *onyx:* ἀλάβαστρον μύρε vulgo dictum, ab ipso *Cicerone* dicebatur *alabaster plenus unguenti*, apud *Nonium Marcellum.* ut in *Catulli* versu

iucunda mihi munera libet onyx.

Propert. II. Eleg. x, 60,

Quum dabitur Syrio munere plenus onyx.

L. III. El. VIII, 22,

crocino nares myrrheus ungat onyx.

ab *Horatio* Carm. IV. Od. XII, v. 17,

Nardi parvus onyx.

vasa etiam unguentaria capacia memorantur Carm. II. Od. VII, 22,

funde capacibus Vnguenta de conchis.

In vs. 83 *Catulli*,

Vo-

Vofter onyx, cafto petitis quae iura cubili;

fic iam in Ed. A. 1474; fed in Ed. A. 1481, pro *petitis*, legebatur *colitis*, *queritis* eft in Codd. *Voffii*, qui velut ex *quaeritis* contractum *quaeris* hic legi poffe putat in Obferv. editis; in exemplaris cuiusdam margine fcripferat, *forte legendum*, — *cafto colitis quae iure cubile.*

vf. 84—86. *Sed, quae fe impuro* dedit *adulterio*, *Illius* aura levis bibat & dona irrita *pulvis; Namque ego ab indignis praemia nulla peto.*] Ad haec *Santenus:* „ dedit] meus Codex, *deddit*, „ Vaticanus, *dedat*, quod agnofcunt quoque Per„ reji & Minturni excerpta: *dedat*, Vicentiae edi„ tum & Brixiae, vetante Avancio non recepit „ Aldus. Amplector *foedat*, quod apud Colotium „ exftat, & in v. c. Antonii Perreji. —— *Aura*, „ quod exhibes, v. 85, eft in Minturni vetufto „ Codice, Vaticano & fecundo Saibantis; in Edd. „ Vicent. Brix. & Aldina fecunda." —— Verfum 85, qualem exhibui, praebet Ed. A. 1474. In Ed. A. 1481 legitur, *Illius mala dona levis bibat irrita pulvis.* in Codd. Voff. *Illius a mala dona l. b. p.* in alio eiusdem Cod. *illius a mala .... dona irrita pulvis.* Lectio maxime vulgata, *Illius ab mala dona levis bibat irrita polvis*, debetur *Achilli Statio*, & *Scaligero.* mihi placuit, Codicum etiam auctoritate munitum:

Illius aura levis bibat & dona irrita pulvis.

Verbum quidem *bibat* ad pulverem eximie pertinet; sed facile supplendum lectori relinquitur *auferat* in *aura levis*, quod hic de vento ponitur: forma loquendi proverbialis est, qualis illa apud *Theocritum* Eid. XXII, v. 167,

—— τὰ δ' εἰς ὑγρὸν ᾤχετο κῦμα
Πνοιὴ ἔχοισ' ἀνέμοιο·

haec *Ovidii* Amor. I El. VIII. v. 105,

Haec si praestiteris,
Nec tulerint voces ventus & aura meas.

nec multum distat illud *Catulli* Carm. LXIX,

mulier cupido quod dicit amanti,
In vento, & rapida scribere oportet aqua,

expressum e versu *Xenarchi* Comici ap. *Athen.* XII. p. 441. E.

Ὅρκον δ' ἐγὼ γυναικὸς εἰς οἶνον γράφω.

In v. 86,

Namque ego ab indignis praemia nulla peto.

duo Codd. Vossiani dant *indigenis*; in alio cum legisset *Vossius*, *Namque ego indignatis* ——; qui talia facile probabat, hoc ipsum ut Catullianum arripuit. Sed quod in v. 88. exhibet Voss. Codex, *incolet*, vulgato *incolat* praeferrem; si tres iterum praecedentes versus per parenthesin censeantur

tur

tur interiecti, cumque iis, quae praecedunt, haec connectenda:

Sic magis, o nuptae, ſemper Concordia, voſtras
Semper Amor ſedes incolet aſſiduus.

vſ. 89—92. *Tu vero, Regina, tuens quum ſidera Divam Placabis feſtis luminibus Venerem,* Vnguinis *expertem non ſiveris eſſe tuam me; ſed potius largis* affice *muneribus.*] In horum verſuum tertium eximiam & veram recepi *Bentleji* coniecturam, qua vocem, hinc alieniſſimam, *Sanguinis*, feliciter mutavit in *Vnguinis.* vitiata vox, quam ut Edd. ſic Codices retinere videntur, mirificas peperit interpretationes ipſius etiam *Achillis Statii*, & *Mureti:* ante *Bentlejum* partem in his veri vidit *Scaliger*, in verſuum quarto, pro *effice*, corrigens *adfice;* in tertio *non ſiveris*, ubi ante *Scaligerum Pontani* legebant & explicare conabantur coniecturam, legentis, *non votis:* quid habeant hic Codices docebit *Santenus:* " v. 91. *Siveris.*]
„ Decem Codd. *veſtris;* Commelinianus, *verbis;*
„ Puccius, *monſtres*, quod dant excerpta Min-
„ turni & Colotius, ſimulque *tui*, pro *tuam.* un-
„ decim Codices, *tuum.* Palatinus *meum:* nullus
„ liber MS., quantum novi, *tuam. tuum* dant
„ Edd. Venetae cum Rhegienſi; *tui* Romana,
„ Vincent. Brix. Primus Aldus dedit *tuam.* vſ. 92.
„ *Effice.* Editores priſci omnes, non ſecus ac Co-
„ dices, ſi ab Colotio diſceſſeris, qui habet *affice*,

„ ut & Heinſius divinaverat." De diebus feſtis, e *Callimacheis*, *Catullum* hic poſuiſſe *luminibus feſtis*, vere iam obſervaverat *Anna Fabri* in iſta *Callim.* h. in Dian. v. 182,

τὰ δ' φάεα μηκύνονται·

Sed hoc dudum ante ad *Catullum* iam viderat *Ian. Douſa* Fil. iſta quoque proferens ex h. Cerer. v. 83, —— ὁ δ' ἐννέα φάεα κεῖται. ſic Φέγγος etiam uſurpaſſe monitum fuit in *Euripidis* Phoen. v. 1315. ut *Soles* Latini, de diebus etiam ἥλιος dixere, quod *Dukerus* oſtendit ad *Thucyd.* p. 504, 98. τρεῖς φαεννὰς ἡλίου διεξόδους dixit *Euripides* in Andromacha v. 1086.

Vltima tandem huius Elegiae,

Sidera cur iterent? utinam coma Regia fiam!
Proximus Hydrochoi fulgeret Oarion.

Variorum interpretamentis & coniecturis vexata dubium nullum eſt quin legantur adhuc vitiata. In hos verſus iſta dedit ad me *Santenus*: " iterent] „ Vnus Vaticanus, *retinent*; prout legendum „ proponit Guarinus in commentario, & conſpi- „ citur illud in marg. Gryph. Ed. 1553. —— „ Pro *utinam* Cod. Dati & meus, *ut*. Saibantis „ duo Codd. alterque meus, *uter*; eodem modo „ Edd. Venetae. —— *hydrochoo* dant Colotius „ & Perreji excerpta, qui legendum ſuſpicatur „ *Proximus Erigonae* —— prorſus ut Grotius.

„ *Pro-*

„ *Proximus Heniocho*, coniicit N. Heinſ. in Ovidii „ II Art. A. 55. Optime emendavit Marklandus:

„ Sidera cur retinent? *iterum* Coma regia fiam?
„ Proximus *Hydrochoo* fulgeret Oarion."

Vbi proxima dederat *Catullus*, — *tuam me;*

Sidera cur retinent?

commode ſequitur, atque illud adeo, Codicis auctoritate munitum, genuinum arbitror:

utinam Coma Regia fiam!

altero non eſt deterius; neque etiam quod vulgatur,

Proximus Hydrochoi.

Scribi potuit a *Callimacho*, aeque ac Ὑδροχόῳ,

Ἐγγύθεν Ὑδροχόου·

utrique caſui iunguntur ἐγγὺς, ἐγγύτατα, ἄγχιστος, ὅμοιος, γείτων, πολίτης & horum ſimilia: nam errat *Vulpius*, dum tertio caſu ſcribi potuiſſe putat *Hydrochoi*; ut *Orphei*. Cum *fulgeret*, rarius utique quam *fulgeat*, ſit in Codicibus ſcriptis, ſatis eſt veriſimile, repertum illud in veteri membrana, ex qua Codices qui dicuntur fuere deſcripti. —— Vltimus Elegiae verſus interpretes *Catulli* ab usque *Politiani* temporibus omnes vehementer exercuit: eo prolapſus eſt *Muretus*, ut verſum, qualis a me quoque fuit vulgatus, dicat ſuppoſititium, hunc autem, quem ipſe fecit, legitimum,

Proximus Arcturos fulgeat Erigonae.

Grotio, ſed iuveni, notis ad imagines libri Suſiani in *Arat.* p. 43 placuit ſic ſcriptus verſus,

Proximus Erigonae fulgeret Oarion.

Scaliger in talibus negat ἀκρίβειαν a Poëtis exigendam; tum certe non recordatus, vere vocatum *Callimachum* Poëtarum ἀκριβέστατον· praeterea ſummo iſtius aevi aſtronomo Cononi, totius huius fabulae, una cum Cyrenaeo vate, architecto fuiſſe amiciſſimum. Horum lector marmor inſpiciat Farneſianum, *Manilio* quoque *Bentleji* utiliter praefixum: videbit in iſta veteri ἀστροθεσίᾳ, quam ſemper ante oculos habuit *Manilius*, omnium maxime a ſe invicem remota ſidera eſſe *Orionis* & *Aquarii.* Comae, quae de Reginae capite disceſſerat invita, hoc denique votum eſt, ut e coelo delabatur iterum in locum priſtinum: hoc unum dum modo conſequar, per me licet, ut in coelo ſtellifero omnia ſuis legibus eant contraria, quaeque nunc ſunt remotiſſima, proxima fulgeant in poſterum:

utinam Coma regia fiam!
Proximus Hydrochoo fulgeret Oarion.

In hunc iſta ſenſum inter primos interpretes unus accepit *Achilles Statius*, quem tandem ſequutus eſt non nominatum *Iſ. Voſſius.*

CAL-

CALLIMACHI
ELEGIARVM
FRAGMENTA.

I.

Γηράσκει δή ὁ γέρων κεῖνος ἐλαφρότατα,
Κοῦροι τὸν φιλέουσιν· ἐὸν δέ μιν οἷα γονῆα
Χειρὸς ἐπ᾽ οἰκείην ἄχρις ἄγουσι θύρην.

Monitus, ut equidem arbitror, nemo dubitabit, quin haec ad *molles Elegos* recte retulerim, quae velut ex L. I. *αἰτίων* petita dedit, quem semel satis sit virum dixisse in suo genere absque proximo longe primarium, *Rich. Bentlejus* Frag. XI; quia sci-

ſcilicet legerat in ora Flor. *Stobaei Gesneri* p. 585. „ Callimachi libro primo ἐπῶν, id eſt *carminum.*" Sed in Cod. MS. Bibl. Leid. his verſibus praefigitur ἐλεγεῖα. & ſolius Poëtae nomen, auctoritate Codicis Pariſini, *Grotius*, p. 476, adſcripſit his Latinis:

Ille ſenectutis tempora laetus agit,
Aetas quem puerilis amat, velutique parentem
Deducant iuvenes limen ad usque manu.

In Edit. Trincavelli ne nomen quidem adeſt *Callimachi.* — In primo horum vſſ. ex *Luciano* poſitum ἐλαφρότατα in ſecundum rediit forma *Callimachi*, γουνῆα, ex *Apollonio Dyſcolo.* — Callimachéa ſpectaſſe *Tibullum* in his (I. El. IV, 80)

Tempus erit, quum me, Veneris praecepta ferentem,
Deducat iuvenum ſedula turba ſenem.

monuerunt etiam alii; ſed, fortaſſe ſolus, e Callimachéis vidit, qui artem hic nobiscum tractat Muſicam, *Laurentius Santenus*, ſcripſiſſe *Tibullum: Tempus erit, quum me, ſenem* ſcilicet, [ἐς οἰκείην ἄγεις ἄγχι θύρην]

Deducat iuvenum ſedula turba domum.

II.

I I.

[Ὑγρὸν] ἀπ᾽ ὀστλίγγων αἰὲν ἄλειφα ῥέοι.

Hoc mihi quoque ſolis Elegis convenire videtur, non Αἰτίοις· quo retulit *Bentlejus*, Fragm. XII. Placuit autem vox Ὑγρὸν praefixa, &, pr ῥέῃ ῥέοι, cum *Eldikio*; qui contulit *Tiḳulli* vſ. 51, El. VIII, L. I,

Illius e nitido ſtillent unguenta capillo.

In *Callim.* Hymni in Apoll. vſſ. 38, 39, 40, intonſa Dei coma θυόεντα deſtillare dicuntur ἔλαια, quae ipſam hominibus adferrent *panaceam*, in quos iſte divinus ſtillaret: in iſtum locum, quae illuc ſpectantia collegerat, omnia dedit *Ez. Spanhemius*, quem illic omiſiſſe miror τὸν τοῦ δεῖνος πώγωνα, unguento ſtillantem usque ad τὴν ὤαν τοῦ ἐνδύματος. — Vt aptiſſimum, ὑγρὸν ἔλαιον aliquoties dixit *Homerus*; & ἀργυρέας ἐξ ὀλπίδος ὑγρὸν ἄλειφαρ *Theocritus*, Eid. XVIII, 45. — Vel formam rariorem ἄλειφα, vel, quod credere malo, alteram ἄλειφαρ ſcripſerat *Aelianus* de N. A. XII, c. XLI, ὁ Γάγγης — τρέφει κήτη, καὶ ἐκ τῆς τούτων πιμελῆς ἄλειφαρ ἐργάζονται· ubi quod vulgatur ἄλιφα non certe debebat in ἄλφιτον mutari: ibidem in Gange crocodili dicuntur habere ἐπ᾽ ἄκρου τοῦ ῥύγχους ἐξοχὴν, ὡς κέρας· ex voce ſequen-

quente τούτοις male repetita ſyllaba vocem nobis peperit vulgatam κερέσου· ſed in opere elegantiſſimo centena adhuc ſunt vitiata, quibus *Trilleri* & *Abrahami Gronovii* certe non erant emendandis.

III.

Κουφοτέρως τότε φῶτα διαθλίβουσιν ἀνίαι,
Ἐκ δὲ τριηκόντων μοῖραν ἀφῆκε μίαν·
[Εὖτ᾽ ἂν ἴῃ] εἰς ἄνδρα συνέμπορον, ἢ ὅτε κωφαῖς
Ἄλγεα μαψαύραις ἔσχατον ἐξερέῃ.

Inſidunt levius mortali corde dolores,
Et de triginta partibus una perit,
Cum fidi in comitis gremium, vel denique ſurdos
Cum temere in ventos ſe dolor exonerat.

Cuius haec Latina ſunt in Exc. ex *Stobaei* Florilegio, p. 468, *Grotius* ſic edidit ex coniectura minus felice verſum tertium:

Κήδεος, ἢ ὅτ᾽ ἐς ἄνδρα συνέμπορον, ἢ ὅτε κωφαῖς

Qui hoc unum fragmentum ut ex Elegis exhibet *Callimachi*, *Bentlejus* Fragm. LXVII. haec dat in v. 3,

Ἢ

Ἢ ὅτ' ἐς ἄνδρας συνέμπρον ἔρχηῖ', ἢ ὅτι κωφαῖς. —

in quibus numeros certe desideres Callimachéos. — ἔρχηῖ' in his nulla nititur auctoritate: nam, ut in Ed. *Stobaei* prima *Trincavellus*, sic dedit & *Gesnerus:*

ἢ ὅτ' ἐς ἄνδρας συνέμπορον, ἢ ὅτε κωφαῖς —

Istius tamen sententiae verbum requiri unicuique facile patebat, qui non esset stupidissimus: suum arbitror me *Callimacho* restituisse, etiam numeros, corrigendo:

Εὖτ' ἂν ἴῃ εἰς ἄνδρας συνέμπορον, ——

ut εὖτ' ἂν ἴῃ, sic ὅτε requirebat ἐξερέῃ. Prius est & *Homericum* in Od. Σ, v. 193,

Χρίεται εὖτ' ἂν ἴῃ Χαρίτων χορὸν ἱμερόεντα.

Potuit autem Poëta *sodalem* ac *comitem* dicere συνέμπορον· vel, voce ἀνιῶν repetita, designare *similia mala perpessum:* pro ἔμπειρος (quod restituendum putabat *Stanlejus*,) sic legitur in *Aeschyli* Persis v. 600,

Φίλοι, κακῶν μὲν ὅστις ἔμπορος κυρεῖ.

sed ὁ συνοδοιπόρος frequenter dicitur, a Tragicis praesertim, ξυνέμπορος· ab *Aeschylo* Choëph. vss. 206, 711,

711, 731. illic ἔμπορος pro ὁδοιπόρος legitur v. 659, ut in *Eurip.* Alceſt. v. 999. Ab ipſo ſic *Platone* vocem adhibitam ubi Lexici *Platonici* Auctor interpretatur, adſcripſit nonnulla Cl. *D. Ruhnkenius;* locum etiam *Sophoclis*, in quo recte *Scholiaſta* vocem ξυνεμπόροιν reddidit τῶν συναιχμαλωτίδων, eiusdem cum Iole *calamitatis ſociarum.* — His ſcriptis animadverti, hoc etiam *Callimachi* fragm. tractaſſe *Toupium* in Epiſt. Crit. p. 47. qui verſum tertium ſic reſtitui poſſe putabat:

Ἢ ὅτ' ἐς ἄνδρα φίλον συνοδοιπόρον.

Nunc fortaſſe decernet, συνέμπορον non eſſe mutandum, meamque coniecturam ſuae praeferendam. — Ipſa malorum, quibus quis premitur, narratio eorum pondus quodammodo levare videtur, quomodocunque illa fiat; ſi vel ſurdo tandem vento miſer fabuletur: hoc eleganter, & ſuo tamen more, dixit *Callimachus*,

ἢ ὅτε κωφαῖς
Ἄλγεα μαψαύραις ἔσχατον ἐξερέει.

vulgo dicebant ἀνέμῳ διαλέγεσθαι· & γῇ τε κοὐρανῷ λέγειν. non illa quidem vere minuebant mala; ſed quid ſunt *lacrymae*, quid *lamenta?* ex opinione vulgi, atque adeo plerorumque,

Ἀλγηδόνας γὰρ ταῦτα κουφίζει φρενῶν·

quae

quae dedit ex *Euripidis* Oenomao *Stobaeus Gesn.*
p. 613, 8. *Grot.* p. 502. In *Euripidis* Medea
nobiscum legerat *Callimachus* ista, saepe nimis phi-
losophantis, Nutricis v. 56,

—— εἰς τοῦτ' ἐκβέβηκ' ἀλγηδόνος,
Ὥσθ' ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ
Λέξαι —— Μηδείας τύχας.

Cupido cepit miseram nunc me proloqui
Coelo atque terrae Medeaï miserias.

quae sunt de Graecis *Enniana* apud *Ciceron.* Tusc.
III, c. 26. vid. illic notata a *Davisio*; a *Berglero*
ad *Aristoph.* Eccles. v. 1; ab *Hemsterhusio* ad *Lu-
ciani* [I. p. 110.] Timonem; qui Timon, quan-
do mota bilis redundabat, ad illam forte sedandam,
τῇ ἐρημίᾳ dicitur καὶ τῇ δικέλλῃ φιλοσοφῶν. Diva The-
tis non utique causam moeroris Achillis ignorabat;
cur ergo rogat in *Hom.* Il. Α. 362,

Τέκνον, τί κλαίεις, τί δέ σε φρένας ἵκετο πένθος;

Eustathio iudice, (p. 98, 18) οὐχ ἵνα μάθῃ, ὅπερ
ἠγνόει, —— ἀλλ' ἵνα κουφίσῃ τὴν ψυχὴν τῇ ἐκφορᾷ τοῦ βαρύ-
νοντος. Soli Lunaeve sua mala satis absurde narran-
tibus longe profecto sapientior *Plauti* Charinus, in
primo Prologo Mercatoris, se negat facturum,
quod alios facere vidisset in Comoediis, qui

O *Aut*

Aut Soli aut Lunae miſerias narrant ſuas,
Quos (ait) *pol ego credo humanas querimonias*
Non tanti facere, quid velint, quid non velint.

quae recte iam dudum tractavit *Petrus Victorius* Var. Lect. L. IV, c. VII.

IV.

Ἀλλ' ἐνὶ δὴ φλοιοῖσι κεκομμένα τόσσα φέροιτε
Γράμματα, Κυδίππην ὅσσ' ἐρέουσι καλήν.

Vt poëmation ab Elegis diſtinctum, Cydippen recenſuit *Bentlejus*, atque huc retulit recte Fragm. CI. ſed inter cetera carmina Elegiaca hoc etiam, Cydippae inſcriptum, locum invenit. — Cl. *Erneſti*, " Ad librum, inquit, Elegorum pertinuiſſe „ ſupra monui." — *Callimachea* cum ſub auſpiciis renovarentur & alibi & per Germaniam inprimis nobilitati *Erneſti*, hic meas ſecum ut coniecturas communicarem rogavit: unas ad ipſum dedi literas, quibus priora tantum carminum fragmina ſumſeram tractanda, huius generis centena daturus, ſi fuiſſent deſiderata: ſed ad iſtam epiſtolam reſponſum demum accepi, nec ſane mirabar, quum Callimacheis iam recentatis donarer. — Primum egregie *Bentlej.* & veriſſime φλοιοῖσι correxit pro φύλ-

φύλλοισι· *Theocrit.* Eid. XVIII, 47, γράμματα δ' ἐν φλοιῷ γεγράψεται. — Sed hoc Elegiae Cydippes fragmento intactum relinquere debuerat nuperus Editor, quod ex Schol. in *Aristoph.* Acharn. v. 144. (unde φέροιτε hunc in versum retraxi pro φορεῖτε) probaverat *Bentlejus*, ἐνὶ — κεκομμένα· & ante *Bentlejum* his usi, ubi de isthoc amantium egerunt more *Ios. Scaliger* in *Propert.* p. 203. *Ios. Mercerus* in *Aristaen.* I. Ep. x. *Is. Casaubonus* Lect. Theocr. c. XIX. & *Henr. Valesius* in Notas *Maussaci* ad *Harpocrat.* p. 328. nisi quod *Casaubonus* in *Callimacheis* forte fortuna, male tamen, scripsit, Ἀλλ' ἐν Ἴδῃ φύλλοισι κεκομμένα πολλὰ φέροιτε γρ. cuius memoriae tum obversabantur ab *Eustathio* scripta ad *Hom.* Il. z. p. 490. & versus *Euripidis* in Hippol. 1253. *Eustathii* verbis usus est *Kusterus* ad *Suid.* in v. Καλοί. ubi *Valesii* & *Casauboni* observatis nova quaedam adiecit. — Nisi in veteri etiam Lectionum *Casauboni* Edit. id ipsum inveniretur, vix crederem, Ἀλλ' ἐν Ἴδῃ esse a manu *Casauboni*, cum *Ides* prima semper producatur. — *Scaliger*, *Casaubonus*, *Valesius*, *Bentlejus*, si vel ipsis vulgatissimum verbum hoc ἐγκολάπτειν in mentem venisset, hoc tamen verbo multo rarius Callimachéum ἐγκόπτειν mutatum, opinor, noluissent: &, cui debetur, ἐνὶ — κεκολαμμένα, a me monitus errorem suum *Piersonus* agnoverat. — Literae arboribus, sive arborum corticibus, *incisae* mihi, fateor, multo aptius etiam dici posse videntur

ἐγκεκομμένα, quam ἐγκεκολαμμένα· ut & commode dici possunt ἐντετμημένα, verbo *Herodoti*, qui, in his etiam novator, lapideis columnis *incidere* literas vel *insecare* dixit ἐντάμνειν ἐν τῇσι λίθοισι γράμματα, L. VIII. c. 22. ubi vid. not. 74. Hoc, ut ab Ionice scribente positum, non habet *Pollux*, agens περὶ τῶν ἐν στήλαις γραμμάτων. L. V. 149. sed, ut Atticis usitata, iunguntur illic ἐγχαράξας, ἐγκολάψας, ἐνσημηνάμενος, ἐγκόψας, — ἐγγλύψας· quae certe in talibus saepe solent permutari. carmen *incisum* in marmore, vel sepulcro, sive dicas ἐγκεκολαμμένον, seu ἐγκεκομμένον, parum refert: permutantur & opposita ἐκκόπτειν & ἐκκολάπτειν, *exsculpere* ante insculpta vel incisa. Ἐνεκόλαψαν, pro ἐνέθλασαν, restitui poterit *Aeliano* de N. A. VI, c. xv. fine. dederat Scriptor III *Macc.* II, 27, στήλην ἀναστήσας ἐνεκόλαψε γραφήν. *Thucyd.* I, c. 132. τὸ ἐλεγεῖον — οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐξεκόλαψαν — ἀπὸ τοῦ τρίποδος — καὶ ἐπέγραψαν: de eiusdem Pausaniae loquens epigrammate *Plutarch.* T. II. p. 873. c. habet ἐξεκόλαψαν, & ἐνεχάραξαν· & *Cornel. Nepos*, *hos*, ait, *versus Lacedaemonii exsculpserunt*, *neque aliud scripserunt quam* &c. Apud *Eustathium* in *Hom.* Il. Ξ. p. 990, 17, Ajax γλαῦκα τῆς οἰκείας ἀσπίδος ἐξέκοψεν. dicitur hoc in Schol. ad Aj. *Sophoclis* v. 127, ἀπαλεῖψαι τὴν γλαῦκα τὴν ἐγγεγραμμένην τῷ ὅπλῳ.

V. VI. VII.

Πολλοὶ καὶ, φιλέοντες Ἀκόντιον, ἧκαν ἔραζε
Οἰνοπόται Σικελὰς ἐκ κυλίκων λάταγας.

Eſt in *Bentleji* Fragm. CII. Is unus omnibus perſpicacior vidit hic *Cydippes* amatorem *Acontium*: per ἀκόντιον *iaculum* (*humorem eiaculatum*, *Anna Fabri* p. 236, ed. *Graev.*) intellexerunt, qui dudum ante *Bentlejum* viderant, vitiata in Scholiis ad *Ariſtoph.* Pacem v. 1243, ex *Athenaeo* emendanda; *Florens Chriſtian.* ad *Ariſtoph.* Pacem v. 342; *Iſ. Caſaub.* Anim. in *Athen.* XV, c. 2. & *Io. Meurſius* de Ludis Graecor. in v. Κοτταβισμός. — Perinde eſt, utrum λάταγας ſcribamus an λατάγας· ſed in *Moeride* ſcribi non debebat p. 253, Λαταγὰς, τοὺς ψόφους τοὺς ἐκ τῶν ποτηρίων· dicebatur Λάταξ & λατάγη. Σικελὰς dixit *Callim.* λάταγας· quia

Κότταβος ἐκ Σικελῆς ἐστὶν χθονὸς, ἐκπρεπὲς ἔργον,
Ὃν σκοπὸν ἐς λατάγων τόξα καθιστάμεθα,

ut cecinit in Elegia *Critias* Athenienſis apud *Athen.* I. p. 28. B. & XV. p. 666. B. ubi, diſcipulus *Ariſtotelis*, *Dicaearchus* ἐν τῷ περὶ Ἀλκαίου, καὶ τὴν λατάγην, φησὶν, εἶναι Σικελικὸν ὄνομα. haec, niſi fallor,

 ſcri-

ſcribebat *Dicaearchus*, ut interpres *Alcaei*, ad iſta quae nobis ex libro X carminum *Alcaei* ſervavit *Athen.* XI. p. 481. A. Λάταγες ποτίονται κυλιχνᾶν ἀπὸ Τηΐαν. Dicebant autem λάταγα, vel λατάγην βάλλειν· ῥίπτειν· ἱέναι· ἀφιέναι· haec ſingula reperientur apud *Athenaeum*; verum nusquam, aut in Athenaïcis, aut etiam alibi, verbum occurrit λαταγεῖν· quo Lexiphanem ſuum facit utentem *Lucianus* T. II. p. 325, ὑμεῖς ἴσως ᾤεσθέ με λαταγεῖν κοττάβους. Vno verbo κοτταβίζειν dicebant, & ἀποκοτταβίζειν. Ipſe *Xenophon* in Hellen. L. II. p. 276, 2, Theramenem narrat, cum venenatam iam hauſiſſet potionem, quod in poculo pauxillum ſuperfuerat, illiſum humo, adverſario ſuo Critiae, velut amatorem ſcilicet! propinaſſe: τὸ λειπόμενον, ait de Theramene, viro mirum in modum mutabili, dum moreretur adhuc iocante, *Xenophon*, ἀποκοτταβίσαντα εἰπεῖν αὐτὸν, Κριτίᾳ τοῦτ' ἔστω τῷ καλῷ. *venenum — reliquum ſic e poculo eiecit, ut id reſonaret; quo ſonitu reddito arridens, Propino, inquit, hoc pulcro Critiae*, CICERO Tuſc. I, c. 40. —— Sic, in Callimacheis his, Cydippen miſere amantis Acontii olim amatores, in honorem pueri

ἧκαν ἔραζε
Οἰνοπόται Σικελὰς ἐκ κυλίκων λάταγας.

Quid ſi Callimachéa, quae praebet *Etymologus* in Εἰσπνήλης; quaeque dat inter *Bentlejana* Fragmentum

tum CLXIX, his nostris proxima praefigeremus? una tamen voce ἴοι in legitimam ἔοι ante mutata: apte, opinor, in ista sede haerebunt.

VI.

Μέμβλετο δ' εἰσπνήλαις, ὁππότε κῦρος ἔοι·
Πολλοὶ καὶ, Φιλέοντες Ἀκόντιον, ἧκαν ἔραζε
Οἰνοπόται Σικελὰς ἐκ κυλίκων λάταγας.

Ovid. Metam. III. v. 353,

Multi illum iuvenes, multae cupiere puellae.

Versum Callimachi autem ad Cydippen referendum *Aristaenetus*, ut Cl. *Ruhnkenio*, sic & mihi persuaserat: — sed, quod pueris legi solet ex Praefatione *Cornelii Nepotis*, si *in Graecia laudi ducebatur adolescentulis*, &, si vera sunt atque ex veterum fide narrata, quae de Acontio scribit *Aristaenetus*, in insula *Cea*, quam sibi Patriam fuisse narrat in Epistola *Ovidiana* Acontius v. 222, 223, fuerit oportet, iuvenis ille Ceus ἐπὶ ταῖς εἰσπνήλαις αἴτης ἐπὶ μέγα διαβεβοημένος. caute tamen hac parte laudum abstinet, ubi genere, opibus & moribus puris (*sunt & sine crimine mores* v. 225.) gloriatur ad Cydippen scribens.

Verum ab *Aristaeneto*, quem vocamus, hac in re narrata nec de Acontio *Callimachus*, neque de

illius vel magiſtro vel imitatore Hermochare ceci-nerat *Nicander*; prorſus illa Sophiſtam ſapiunt; qualia ſunt ἔδει τὸ καλὸν, τοσούτους πετοξευκότα τῷ κάλλει, μιᾶς ἀκίδος Ἐρώτων πειραθῆναι ποτὲ, καὶ γνῶναι σαφῶς, οἷα πεπόνθασιν οἱ δι᾽ αὐτὸν τραυματίαι· quaeque paulo ante poſuit *multos pueri veſtigia ſuis pedibus preſ-ſiſſe*: πολλοί γε — τοῖς ἴχνεσι τοῦ μειρακίου τοὺς ἑαυτῶν ἐφήρμοζον πόδας: ut qua parte poculi biberant puel-lae, eandem labris ſuis premebant amatores. Quod vero nugatores iſti feciſſe dicuntur, graviſſimi viri libenter impreſſerunt iis locis veſtigia, in quibus verſati fuerant quos admirabantur; quam in rem nihil élegantius legi poterit ſcriptis a *Cicerone* de Fin. Bon. & Mal. V, c. 1, ubi corrigendum, non, *Colonéus ille locus*; ſed *Coloneus ille lucus*, vel ſimpliciter, *ille locus*, *cuius* INCOLA SOPHO-CLES *ob oculos verſabatur*; ut eruditulus adſcri-pſerit *Coloneus*, vel *Colonus*, doctis iſtis ſodalibus ſatis notus. — *Nepotem* autem in Praef. ſcripſiſſe ſemper credidi: *laudi in Creta ducitur adoleſcen-tulis*, *quam plurimos habere amatores.* Ex *Athe-naïci* operis, qua parte defectum eſt, Epitome *Caſaubonus* etiam iſta vulgavit in Animadv. p. 782, 33: Τοῖς καλοῖς παρὰ Κρησὶν ἄδοξόν ἐστιν ἐραστοῦ μὴ τυχεῖν. vid. *Aelian.* de N. A. IV. c. 1. *Maximus Tyr.* Diſſ. XXVI, 8. Pluribus in eam ſententiam, quae ad manum ſunt, abſtineo. Hos a foedis amores caſtos cum cura diſtinguit *Aeſchines* Orator c. Tim. p. 22, 21, plures nominatim laudans, tanquam

καλλίστους οὐ μόνον τῶν πολιτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν Ἑλλήνων γεγενημένους, καὶ πλείστων καὶ σωφρονεστάτων τυχόντας ἐραστῶν· quorum tamen mores nemo culpaverit: ἀλλ᾽ ὅμως, addit, οὐδεὶς πώποτε αὐτοὺς ἔψεξε. —— Ut redeam ad *Callimachi* Elegiam, illum nihil vetat quominus credamus, hoc ipso in loco, huius amoris facta mentione, hinc occasionem captasse, qua purum & honestum lectoribus commendaret. Suspicor itaque hic posita Callimachea, quae efficiunt inter Bentlejana Fragmentum CVII,

VII.

Αἴθε γὰρ, ὦ κοῦροισιν ἔπ᾽ ὄμματα λίχνα φέροντες,
Ἔρχιος ὡς ὑμῖν ὤρισε παιδοφιλεῖν,
Ὧδε νέων ἐράοιτε, πόλιν τ᾽ εὔανδρον ἔχοιτε.

Quis lateat in Ἔρχιος, ne *Bentlejus* quidem indicare potuit; nedum ut ad Amores *Luciani*, in quibus ista *Callimachi* protulisse fertur Callicratides, T. I. p. 452, viri Docti nomen verum istius nobis Sophi potuerint detegere. —— λίχνον ὄμμα καὶ ἀσελγὲς iungit *Aelianus Suidae* in v. Παίνων: ubi eadem frustra repetuntur in v. Λίχνος, absunt ab optimo Cod. Leidensi. Horum vero *Callimachi* recordabatur *Gregorius Nazianzen*, ista scri-

 bens

bens in Carm. LXIII, τῶν γυναικῶν καλλωπιζομένων, v. 19,

ἀλλοτρίῳ ὄμματι λίχνα φέρουσαι.

ἀλλοτρίῳ, nempe ἀνδρί. ut hic κούροισιν ἐπ' ὄμματα λίχνα φέροντες. quin & haec ſpectaſſe mihi videtur *Quinctil.* Declam. CCXCII, *formoſo* (inquit) *hoſpitium pollicitus es; viderint iſti, qui prodigis omnes oculis intuentur;* iunguntur *luxurioſus* & *libidinoſus.* *vivere luxurioſe* dicitur & *prodige vivere.* —— Monitum ipſum quod attinet, cum lene verbum adhibeat παιδοφιλεῖν, ut paulo ante memorantur φιλέοντες Ἀκόντιον· facile liquet purum amorem commendaſſe, quisquis tandem hic fuerit deſignatus, ſive *Solon*, ſeu alius: atque in eam ſententiam ſunt ſane pervenuſta, quae *Plato* in Sympoſ. Phaedrum facit dicentem T. III. p. 178. D—180. D. ex cuius verbis Scholion eſt eiiciendum, ex ora libri in contextum abſurde receptum, Phaedro & *Platone* prorſus indignum, hoc nempe, quod legitur p. 180. A. " Αἰσχύλος δὲ φλυαρεῖ, φάσκων Ἀχιλλέα
" Πατρόκλου ἐρᾷν, ὃς ἦν καλλίων οὐ μόνον Πατρόκλου,
" ἀλλ' ἄρα καὶ τῶν Ἡρώων ἁπάντων, καὶ ἔτι ἀγένειος·
" ἔπειτα νεώτερος πολύ, ὥς φησιν Ὅμηρος."

Convenit iſta obſervatiuncula Grammatico, *Platonem* dedecet; cuius Phaedro nihil veniebat in mentem ὅ, τι μεῖζόν ἐστιν ἀγαθὸν εὐθὺς νέῳ ὄντι, ἢ ἐραστὴς χρηστὸς, καὶ ἐραστῇ παιδικά. hoc amore caſto duo maxima ipſi etiam civitati parari putabat ille commoda,

da, τὴν μὲν ἐπὶ τοῖς αἰσχροῖς αἰσχύνην, ἐπὶ δὲ τοῖς καλοῖς φιλοτιμίαν· —— εἰ οὖν, inquit (178. E.) μηχανή τις γένοιτο, ὥστε πόλιν γενέσθαι ἢ στρατόπεδον ἐραστῶν τε καὶ παιδικῶν, civitas, talibus ornata, *effet fortunatissima*,

[Ὧδε νέων ἐρέοιτε, πόλιν τ' εὔανδρον ἔχοιτε.
CALLIM.]

καὶ μαχόμενοι γ' ἂν, inquit *Platonis* Phaedrus (179. A.) οἱ τοιοῦτοι μετ' ἀλλήλων νικῷεν ἂν, ὀλίγοι ὄντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντας ἀνθρώπους. His, quod ad rei summam attinet, concinit in fine Sympofii (p. 523. f. 524. init.) *Xenophon*; ita tamen ut in nonnullis suum ab aemulo dissensum non noluerit testatum; ut in his ex. gr. p. 523, 40, Ἀχιλλεὺς Ὁμήρῳ πεποίηται οὐχ ὡς παιδικοῖς (vulgatur παιδικᾶς· aptius videri posset ἐραστῇ· nisi *Aeschylum* hic sit sequutus:) Πατρόκλῳ, ἀλλ' ὡς ἑταίρῳ ἀποθανόντι ἐκπρεπέστατα τιμωρῆσαι· *Platon*, ἐτόλμησεν, (ait p. 179. E. 180. A.) — τῷ ἐραστῇ Πατρόκλῳ — τιμωρήσας οὐ μόνον ὑπεραποθανεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπαποθανεῖν τετελευτηκότι. Sed, quod fecit *Plato* Sympof. p. 182, etiam *Xenophon* hanc in rem meminit Thebanorum, Eleorum, Lacedaemoniorum, & *Solonis*. Quum in utramque partem caute nonnulla dixisset *Plutarchus*, T. II. p. 11. D. E. F. τοὺς μὲν Θήβησι, scribit, καὶ τοὺς Ἤλιδι φευκτέον ἔρωτας, καὶ τὸν ἐκ Κρήτης καλούμενον ἁρπαγμόν· τοὺς δὲ Ἀθήνησι καὶ τοὺς ἐν Λακεδαίμονι ζηλωτέον. Tum ob alibi scripta, tum propter alias rationes, miror cur non so-

ſolos exceperit Eléos *Plutarchus*, ut certe fecit *Maximus Tyr.* Diſſ. XXVI, §. 8. Cretenſes & Lacedaemonii, hac etiam in parte, utebantur ὡς ἀδελφοῖς νόμοις, ut loquitur *Plato* L. III. de LL. p. 683. A. vid. de Cretenſibus ſcripta praeſertim a *Strabone* X. p. 740. & *Athenaeo*, ex cuius Epitome quae dedit *Caſaub.* Anim. p. 782, & 820, non viderat *Meurſius* in Creta c. XIII, qui neque *Aeliani* meminit de Anim. IV, c. I. — In Erotico *Plutarchi* T. II. p. 761. C. D. τὰ μαχιμώτατα τῶν ἐθνῶν fuiſſe dicuntur ἐρωτικώτατα. ubi paulo ante B. dictum refertur Pammenis Thebani, ſacrae ſuae cohortis, quam inſtituit Epaminondas, admiratoris, de *Homero*, tanquam artis Tacticae minus intelligente; cuius dicti meminit & in Sympoſiacis p. 618. D. &, occaſione τῦ ἱερῦ λόχυ, in Pelopida T. I. p. 287. C. ubi (E.) Philippo Amyntiade dignum ſane dictum commemorat, quo, cum commilitonum iſtorum ad Chaeronéam ſtrata videret cadavera, lacrymis ſubito cadentibus dixerit: ἀπόλοιντο κακῶς οἱ τύτυς τι ποιεῖν ἢ πάσχειν αἰσχρὸν ὑπονοῦντες. de iſta cohorte praeter *Plutarch.* egit *Athenaeus* XIII. p. 561. F. p. 602. A. plene autem atque eleganter *Maximus Tyr.* Diſſ. XXIV, §. 2. nonnulla dedit etiam *Iac. Perizonius* in *Aeliani* V. H. III. c. IX. Horum ſodalium ſimilia praebent fortitudinis aliarumque virtutum, in talibus, exempla *Plutarch.* T. II. p. 760. *Aelianus* V. H. L. I. c. XXXII, L. II. c. IV, ubi caſtum iſtum amorem ab

Apol-

Apolline ipſo θείαν dici φιλότητα non mirabitur, qui legerit, praeter Poëtas, *Pauſaniam* in Atticis p. 75. m. f. quaeque *Suïdas* ex opere perdito narrat *Aeliani* in v. Μέλιτος. — Ne de Lacedaemoniis dicam aut Athenienſium moribus, in multis diſſentientes in id tamen *Platon* & *Xenophon* conſpirant, ut, virorum inter gentes optimum, Socratem faciant foedum atque impurum amorem, tanquam ἐξ εἰκὸν, ubique & conſtanter damnantem; quam in rem ſatis erit legiſſe *Platon.* de Legg. I. p. 636. B. C. VIII. p. 836. A. 838. B. C. 841. C. Socratica *Xenophontis* p. 417, 13. p. 421, 28. p. 426, 8. p. 438, 20. p. 460, 8. Oeconom. p. 486, 73. Sympoſ. p. 516, 7. Socrati concinunt, praeter ceteros, Oratores, *Andocides*, *Lyſias*, *Aeſchines*, *Demoſthenes.* — Ceterum a *Callimacho* multum diverſi,

Fabula iucundi nulla eſt ſine amore Menandri,

Ovidio teſte Triſt. II, v. 369, neque ulla tamen illius fuit Comoedia, quin confidenter potuerit, etiam Romae, &

pueris virginibusque legi.

valde enim notabile eſt, quod de *Menandri* fabulis, quarum numerus centenarium ſuperavit, ſcribit, earum lector atque imitator diligentiſſimus, *Plu-*

Plutarchus in Sympoſiacis L. VII. Q. VIII. p. 712. C. ὅτε παιδὸς ἔρως ἄῤῥενός ἐστιν ἐν τοσούτοις δράμασιν, αἵ τε φθοραὶ τῶν παρθένων εἰς γάμον ἐπιεικῶς καταστρέφουσιν. Inter Comicos Romanos foedis amoribus argumenta turpiter inquinavit *Afranius*, idcirco notatus a *Quinctil.* Inſt. Or. X. c. 1. p. 913.

Tandem ad fragmenta redeo, & quidem eiusdem Elegiae *Callimachi*, quae Κυδίππη fuit inſcripta: huc enim pertinuiſſe verſum, quem praebet *Bentlejus* ut fragm. XXVI, ſagaciter animadvertit, ante diem male raptus, *Pierſonus* Noſter Veriſim. p. 99.

VIII.

Ἀγρόσε τοι πάσῃσιν ἐπὶ προχάνῃσιν ἐφοίτα.

Rus quidem ibat quovis praetextu. Ex vitioſis ἀγροδέτω formari non debebat a viro ſummo Ἀγρόθι τοι· neque enim Graece dici poteſt φοιτᾷν ἐν ἀγρῷ· Qui in Epiſt. Crit. p. 481, hoc damnato, legendum ſtatuit Ἀγρόνδε πάσῃσιν ἐ. π. ἐ. Cl. *Toupius* fatebitur, opinor, ſcribi commode potuiſſe a *Callimacho*, Ἀγρόσε τοι· in quibus, ad vulgata propius accedentibus, caeſurae machina non indigemus. —— Egregie autem viri Docti haec compararunt cum Ariſtaenetéis, illinc ſumtis, quae ſunt in Ed. *Abreſchii* p. 25, 5, εἰς ἀγρὸν ἐπὶ πάσῃ προφάσει [πὴν πα-

πι-

πέρα φθόγων] ἐφοίτα. — Callimachéa nobis servavit Scholiastes in ista *Sophocléae* Antigones v. 80,

Σὺ μὲν τάδ' ἂν προὔχοιο·

Tu quidem haec praetexas: verbum illic *Sophoclis* recte interpretatus προφασίζῃ· πὰς γὰρ, ait, προφάσεις Προχάνας ἐκάλουν. atque in eam rem versum adfert *Callimachi* tanquam lectum ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Ἐλεγειῶν· hanc enim vocem illum scripsisse suspicor, non vulgatam αἰτίων. si legit hymnum Cereris, adscriptum etiam *Callimacho*, potuerat hinc adferre v. 74,

Οὔτε μιν εἰς ἐράνως οὔτ' ἐς ξυνδείπνια πέμπον
Αἰδόμενοι γονέες· προχάνα δ' εὑρίσκετο πᾶσα.

ultimum male tentasse *G. D'Arnaud* in Anim. p. 95. vel e nostro versu liquet: πάσας προχάνας εὑρίσκειν idem est quod *Plato* dixit πάσας προφάσεις προφασίζεσθαι, L. V. de Rep. p. 474. E. Vocem autem Προχάνη, Lexicogr. neglectam, non alibi reperias, opinor, apud veteres, nisi in istis duobus versibus *Callimachi:* sed veterum tum numero Grammatici sunt excipiendi: ubi ab *Hesychio* adnotatur Προχάνη, a *Sopingio* versus etiam ex hymno Cereris *Callimachi*, Cl. Editor Lectorem suum videre iubet *Excell. Spanhem.* p. 707. Visus illic [vel p. 796.] *Spanhemius* in una Observ. brevissima tres quatuor-

tuorve dabit a se commissos errores turpissimos, quales Illustri Literatori nollem tot excidissent centeni. —— De istis unum attingam; quo cum voce Προχάνη comparat verbum Χαίνειν *pro dicere* (ut scribit) *tragice dictum:* huc illum induxisse videtur *Eustathius*, aliquoties vocem commemorans, in Il. P. (in Ed. Bas.) p. 1147, 17, Ὅτι Πρέχεσθαι καὶ τὸ προφασίζεσθαι λέγεται, δηλοῖ καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ Πρέχοιο ἀντὶ τοῦ προφασίζου· ἐκ δὲ τούτου καὶ Προχάνας φασὶ τὰς προφάσεις λέγεσθαι. αὐτὸ μὲν τοι ἴσως ἀπὸ τοῦ προχάνειν. in Il. Θ. p. 613, 37, ἀπὸ τοῦ χαίνω Προχάνη κατὰ τοὺς τοῦ Σοφοκλέους ὑπομνηματιστάς. & in Od. O. p. 570, 25. verbum tractans Προύχειν in Il. Υ. p. 1417, 37, ἴδιον, ait, ὅτι τοῦ Πρέχειν ἐστὶ καὶ παθητικὸν παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν τῷ, τάδε μὲν σὺ πρέχοιο, ἤγουν προφασίζου· τὸ δὲ τοιοῦτον Πρέχεσθαι, προΐσχεσθαι κοινότερον λέγεται. Nihil inter se habent commune προχάνη & προχαίνειν. Optime comparantur ab antiquis Grammaticis *Sophoclis* Πρέχοιο· & *Callimachi* Προχάνη· ut enim illud ex προέχεσθαι· hoc ex προεχάνη contractum; neque origine, sed forma tantum & dialecto distant vetus Προχάνη· & recentioribus tritissimum πρόσχημα. Nihil etiam usu veterum differunt προφασίζεσθαι· πρόσχημα ποιεῖσθαι· προέχεσθαι sive πρέχεσθαι· προΐσχεσθαι· προβάλλεσθαι· προκαλύπτεσθαι· προτίθεσθαι· & προτείνειν· quorum omnium, quando de *specie* vel *praetextu* ponuntur, eadem est ratio. Προτείνειν, *praetendere*, ponitur a *Sophocle* pereleganter in Philoct. v. 989. cum fraudi suae Deum

prae-

praetenderet auctorem Vlyſſes, indignationis plenus miſer Philoctetes:

Ὦ μῖσος, οἷα κἀξανδρισκεῖς λέγειν;
Θεοὺς προτείνων, τοὺς θεοὺς ψευδεῖς τίθης;

Deos profeſſus nempe mendaces dabis?

ſic reddit iſta *Flor. Chriſtianus:* τίθης illic praeſtat vulgato τιθεὶς. Σκῆψιν προτείνου' eſt in Euꝛip. Elec. v. 1067. Cum ſententia *Sophoclis* verba quodammodo conveniunt *Aeſchyli* Suppl. v. 928,

Θεοῖσιν εἰπὼν, τοὺς θεοὺς ὐδὲν σέβῃ.

aptius vero vim verbi haec exprimunt *Ciceronis* Or. in Vatinium c. VI, *tu — te Pythagoricum ſoles dicere, & hominis doctiſſimi nomen tuis immanibus & barbaris moribus praetendere:* προτείνειν. In *Quinctiliani* I. O. Prooemio L. I. p. 8, qui, *ut haberentur philoſophi, laborabant, vultum & triſtitiam & diſſentientem a ceteris habitum peſſimis moribus praetendebant.* Pythagoricum ſic *mentiebatur* Diodorus Aſpendius; de quo *Athen.* IV. p. 163. E. Πυθαγορικὸς δόξας εἶναι — τῶν Κυνικῶν τρόπον ἔζη. tales, ut ſcribit *Lyſis* in Epiſt. ad Hipparchum, πρόσχημα ποιησάμενοι τὰν τήνω διδασκαλίαν πολλὰ καὶ δεινὰ δρῶντι. idem illud poſt C. N. per omnia ſecula dici potuit de meliorem diſciplinam ore pro-

fessis, & ne nostro quidem disconvenit. Egregia sunt & ista *Livii* L. XXXIX, c. XVI, §. 7, *Nihil in speciem fallacius est, quam prava religio. Vbi Deorum nomen praetenditur sceleribus, subit animum timor, ne fraudibus humanis vindicandis divini iuris aliquid immixtum violemus.* Vbi philosophi nomen mentitos insectatur *Aristides*, turpi menda liberari poterit T. II. p. 516, τὸ κάλλιστον τῶν ὀνομάτων αὐτοῖς τίθενται φιλοσοφίαν. —— ὥσπερ ἂν εἰ ὁ Φρυνώνδας ἐκεῖνος Αἰακὸν αὑτὸν μετέθετο, ὡς δὴ Δίδυμος (corrigo, ὡς δὴ ἀοίδιμος) εὐθὺς εἶναι δόξων. —— p. 517, οὗτοι, τὴν τῆς φιλοσοφίας εὐφημίαν προκαλυψάμενοι, διὰ ταύτης κλέψειν οἴονται τἄνδοθεν. dixerat olim *Thucydides* p. 218, 84, μετ' ὀνόματος εὐπρεποῦς —— ἐτόλμησαν τὰ δεινότατα. Notavit & *Epictetus*, teste *Gellio* N. A. I, c. 2, *vulgus — nebulonum, — qui se* STOICOS *nuncuparent, atraque verborum & argutiarum fuligine ob oculos audientium iacta sanctissimae disciplinae nomen ementirentur.* nomine mutato hic illic semper eadem luditur humano generi perniciosa fabula: loco mendoso dixerat, opinor, *Gellius* L. X, c. XXII initio, *obtentu philosophiae.* Non *praetexunt* tantum, & *praetendunt*, sed & *obtendunt* involucra sua fraudibus & sceleribus simulatores; quin & *opponere* dicuntur: quod minime mirabitur, cui venerit in mentem versus Ajacis Ovidiani:

Opposui molem clypei, texique iacentem.

Opti-

Optime *Euſtathius* in *Hom.* Il. Θ. p. 613, 43, ὡς ὁ μαχόμενος Προΐσχεται, ἤγουν προβάλλεταί τι ἑαυτοῦ ὅπλον πρόβλημα, οὕτω Προΐσχεται λόγον τινὰ, ὡς οἷον βοηθικὸν πρόβλημα, ὁ προφασιζόμενος. *Opponere* reſpondet τῷ Προτίθεσθαι· quod ſic adhibetur a *Thucyd.* III. p. 208, 74. *Luciano* T. I. p. 659, 49. Cum ſolus vellet regnare, Romulus, ad fratrem interimendum, *muri cauſam oppoſuit, neque probabilem neque ſatis idoneam.* Sic ſcripſit *Cicero* de Off. III, c. x. — Προέχεσθαι vel Προὔχεσθαι, quod Callimachéum peperit προχάνη, a *Thoma Mag.* iam fuit commendatum in Προΐσχω, — ipſius etiam *Thucydidis* munitum auctoritate I. p. 92, 57. cui reſtituendum, pro παρέχοντο, videtur τὸ εὐπρεπὲς τῆς δίκης προέχοντο, I. p. 30, 42. Multo quidem frequentius Προΐσχεσθαι· altera tamen forma hic illic, & quidem propria ſua vi, reperitur, ut in *Ariſtoph.* Nub. v. 1388. *Herodoto* II, c. 105. &, inexſpectata, neque ab Interpretibus intellecta, in Epiſt. *Pauli* ad Rom. c. III, 9, ex Alex. Cod. & ex *Suida*, litera producta ſcribenda, τί οὖν προεχώμεθα; *quid itaque cauſae praetexeremus?* — Ex dictis clare ſaltem liquet origo vocis Callimachéae Προχάνη, atque adeo cur iſta rariore voce *praetextum* deſignaverit; ſed, quidquid etiam nobis narrent Grammatici, prorſus, me iudice, latet, cur *praetextum* Aeolice loquentes dixerint Μύνην, &, τὸ προφασίζεσθαι, *Alcaeus* Μύνεσθαι. *Homerus* Od. Φ. v. 111, Ἀλλ' ἄγε μὴ μύνῃσι παρέλκετε· *Schol.* προφάσεσι·

cuius seqq. supplet & corrigit *Leunclav.* in Append. *Xenoph.* p. 1078. qui ter illam vocem *Xenophonti* voluit restitutam in Hellen. p. 312, 16. p. 321, 39. p. 330, 41. ex veteribus *Eustathius* p. 748, 44, λέγει δὲ, φασὶ, καὶ Ἀλκαῖος, τὸ παραφασίζεσθαι Μύνεσθαι, οἷον,

Οὐδέ τι μυνάμενος ἄλλο νόημα.

ubi haec praebet *Vrsinus Alcaei*, velut *Didymi* quaedam profert, quae nostris in Edd. *Schol.* non reperiuntur.

IX.

Λῖρος ἐγὼ, τί δέ σοι τόνδ' ἐπέθηκα φόβον;

Hoc etiam Elegiae fragmentum, inter Bentlejana CCXXIX, exhibere nobis Cydippen misere amantis Acontii verba vidit *Piersonus* Verisim. p. 100. ex his *Aristaeneti* p. 25, qui, probabiliter in vicinis etiam sequutus *Callimachi* ductum, Acontium facit metuentem, ne sua Cydippe, violato quod legerat iureiurando, vindictae divinae exponeretur; haec etiam dicentem: Ὦ δυστυχὴς ἐγώ· τί δέ σοι τοῦτον ἐπῆγον τὸν φόβον; ex quibus primum liquet, quam bene vitiata correxerit *Bentlejus* deinde vim rarissimae vocis Λῖρος non expressisse

So-

Sophistam, qua *protervam* suam *audaciam* atque ἀκαιροπαῤῥησίαν, (ἀκαιροπαῤῥησιαστὴς hac in re adhibetur ab *Eustathio*) damnat Callimachéus Acontius. Αἶρος, sive Λιρὸς, in hoc uno forte versu repertum, redditur ab *Hesychio*, ἀναίσχυντος, ἀναιδὴς, θρασύς. αἰρὸς vox vitiose scripta, hinc Ἀερὸς transiit in eiusdem Lexicon; cuius, Λιρὰ, [ἀναιδῆ·] recte monuit *Arnaldus* in Elegia reperiri *Alexandri Aetoli* apud *Parthenium* π. E. Π. c. XIV, v. 30, quo mulier impudentissima Cleoboea, immorigerum suae libidini castum iuvenem, Anthea molari lapide in puteum deiecto necatura, dicitur

ἐπί οἱ λιρὰ νοεῦσα γυνή.

Illud vero miror vocem, alibi nusquam aut ab aliis aut a me repertam, ab antiquo *Homeri* adhibitam interprete ad notiorem explanandam: ubi enim ancillarum Penelopes impudentissima Melantho, in dominum illa, mendici pannis tectum, κυνοθαρσὴς, ex merito ornatur a Penelope *Hom.* Od. T. v. 91,

Πάντως θαρσαλέη, κύον ἀδδεὲς, —

multa notantur ab *Eustathio* p. 684, sed & haec observatu dignissima v. 96, ἡ ἀναιδὴς δὲ λίη λέγοιτ' ἂν καὶ Λίρη κατὰ τοὺς παλαιοὺς, ἐπεὶ καὶ λίρος ὁ ἀναιδής. Latius est originem vocis ignorare, quam cum *Eu-*

ſtathio aliisque abſurda dicere; qui τὴν κυνῶ, ſive κυνώπιδα dictam alicubi legerant Λιρόφθαλμον. *Michuël Pſellus* in verſibus Polit. περὶ Γραμματικῆς·

Λειρόφθαλμος, εἰ δίφθογγον, τὸν περισπωμένη σημαίνει,
Εἰ δὲ ἰῶτα γράφω σοι, τὸν ἀναίσχυντον κάλει.

utrumque eſt & apud *Etymologum* ac *Suidam*.

X.

Καὶ γὰρ, ἐγὼ τὰ μὲν ὅσσα καρήατι τῆμος ἔδωκα,
Ξάνθε, σὺν εὐόδμοις ἁβρὰ λίπη στεφάνοις,
Ἄπνοα πάντ' ἐγένοντο παραχρῆμ', ὅσσα τ' ἐδόντων
Ἔνδοθι, νειαίρην εἰς ἀχάριστον ἔδυ·
Καὶ τῶν οὐδὲν ἔμεινεν ἐς αὔριον. ὅσσα δ' ἀκουαῖς
Εἰσεθέμην, ἔτι μοι μοῦνα πάρεστι τάδε.

Inter incerti loci fragm. *Bentlej.* leguntur CVI. ex *Stobaei* Floril. *Geſn.* p. 469. ſunt in *Stob. Grotii* p. 343, cuius Latina mihi meliora videntur illis, quae dederat *M. A. Muretus:* ſunt autem haec *Grotii:*

In-

Infudi quaecunque meis unguenta capillis,
Et quae temporibus florea serta dedi,
Omnia nunc sine honore jacent: nec tradita quae sunt
Dentibus, ingratus quae sibi venter habet,
Altera lux novit: sed, si qua fidelibus hausi
Auribus, haec mecum non peritura manent.

Haec certe sunt ex Elegis; ex quibus sua ferme tantum excerpsit qui dicitur *Stobaeus.* Ut illa Graevius edidit inter Bentlejana, leguntur etiam in viri Summi notis in *Horatii* L. II. Epist. 1. v. 187.

Ad totius dicti sententiam egregie respondet *Cratetis* illud apud *Plutarch.* II. p. 546. A. πάνυ χαριέντως ὁ Κράτης πρὸς τὸ,

Ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος
Τέρπν' ἔπαθον·

ἀντέγραψε τὸ,

Ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔμαθον, καὶ ἐφρόντισα, καὶ μετὰ Μουσῶν
Σέμν' ἐδάην.

In *Callimachi* versuum secundo duas duntaxat litteras mutavi; nam vulgabatur:

Ξανθὰ σὺν εὐόδμοις ἀκρέλιπη στεφάνοις.

 ad

ad quae corrigenda nihil ſibi ſcribit *Bentl.* in mentem veniſſe, quod veriſimile videretur: mea coniectura legentis,

Ξάνθε, σὺν εὐόδμοις ἁβρὰ λίπη στεφάνοις.

Xanthe, cum fragrantibus coronis mollia unguenta.

placuit *Erneſto*; qui legit iſta, *Toupius*, Em. in *Suid.* III. p. 55, neminem (ante ſe ſcilicet!) repertum dicit, qui vitioſa ſanaret, &, ſatis pro auctoritate, lectorem legere iubet, & quidem ſuo periculo:

Ξανθὰ σὺν εὐόδμοις ναρδολιπῆ στεφάνοις.

In epigrammate Myrini legit *Toupius* ναρδολιπεῖς πλοκάμους· ſcribere itaque debuit *Callimachus* ναρδολιπῆ· & per ξανθὰ ναρδολιπῆ, intelligendos edicit *crines rutilos nardo delibutos. Crines* itaque *rutili* dici, *Toupio* iudice, potuere ξανθά. *cani*, notiſſima voce τρίχες omiſſa, dicuntur, ut ab aliis, a *Callim.* πολιαὶ, h. Cerer. 97, Τελὸπας πολιαῖς ἐπὶ χεῖρας ἔβαλλε. An itaque de *Ganymede flavo*, vel *Hyla*, (Ὕλας ὁ ξανθὸς vocatur a *Theocr.* XIII, 36.) vel quibuscunque tandem, quorum *flavi crines* a Poëtis laudantur, ſi forte fuiſſent puellis deſpecti, dici etiam potuit: — ξανθοῖς ἐπὶ χεῖρας ἔβαλλε; *flavis manum immiſit?* hoc utique mecum negabit

Tou-

Toupius: ob usum frequentem voces omnibus notae in talibus omittebantur; sed quam tandem in ξανθὰ supplebimus? τειχώματα, vel τειχωμάτια; ne hoc quidem dixerit, quamvis mecum legerit apud *Athen.* VI. p. 257. B. τῦ μειρακίυ τειχωμάτιον. Flavi fuerint Apollo, Menelaus, Neoptolemus, Ptolemaeorum ξανθόκομος dictus a *Theocrito*, XVII, 103. Daphnis etiam, Menalcas, similesque, non tamen horum *fulvam comam* vel *crines flavos* ullus unquam Poëta dicere potuit ξανθὰ, neque adeo *Callimachus* hic coniungere ξανθὰ — ναρδολιπῆ. quod nunc quidem sumseram *Toupio*, ne forte dubitaret, demonstrandum; quem equidem facile patiar nomen *Xanthi* reiicere, &, pro ἀκραλιπῆ, a me restitutum ἁβρὰ λίπη, *molle unguentum*. Vnguentum, ἔλαιον ab *Homero*, ab *Archilocho* primum, & postea a quibusvis, μῦρον vocatum, ἄλειφαρ etiam & λίπος dictum, quod & ὑγρὸν dixerunt & μαλακὸν, commode tamen fatebitur etiam dici potuisse ἁβρὸν, qui in eadem parte Emend. III. p. 125, ingeniose corrigit locum *Philostrati* memorantis μειράκιον τ ἁβρῶν V. A. IV, c. xx. In eiusdem libri cap. xxvii. de Lacedaemoniis aetatis Apollonii leguntur ista: Λακωνικὸν ὐδὲν περὶ αὐτὺς ἐφαίνετο, καὶ ἁβρότερον αὐτῶν ἔχον, καὶ Συβαρῖδος μεστὸν ἦσαν. videat Criticus Anglus, an hic vere correxerim, ἁβρότερον Λυδῶν ἔχον· in eodem opere L. V, c. 32, Cajus Caesar Caligula dicitur λυδίζων τὴν στολήν.

DIGRESSIO *ad aliud distichon* Callimachi *ex Epigr.*

Qui *Callimachi* amicum, *Xanthum* vocatum, non habent aliunde cognitum, meminerint etiam alibi ab ipso laudatos, de quibus idem dici debeat; nisi nomen esse malint fictum a colore, quem prae ceteris probabant: Neoptolemum a comae colore *Pyrrhum* dictum novimus; Ἀβροκόμας redditur ab *Hesych.* ὁ τὴν κόμην φαιδρὰν ἔχων. hoc indidit heroï suo nomen *Ephesius Xenophon.* — Sed prior illa ratio valet in aliis etiam ab ipso *Callimacho* memoratis in Epigrammatis: Lysaniam sic laudat Epigr. XXX; Dioclem, Epigr. XXXI; Archestratum, Epigr. XLVII; Menecratem, Epigr. XLVIII;

Τὸν τὸ καλὸν μελανεῦντα Θεόκριτον, —

Epigr. LVI; tandem etiam, in Epigr. XXXII, *Euxitheum*, cuius Εὔξιθεν repetitum, ut valde amati, nomen latere semper sum suspicatus in aliquot vocibus Epigr. XLIII, cuius ultimum distichon sic vulgatur vitiose:

Οὐχ ἴσον ἔφη σὸν, ἐκεῖσε γὰρ ἡ λιθόλευστος
Κείνη, καὶ δυσέρως, οὐδ᾽ ὅτι κυ στρέφεται.

Ini-

Initio versus praeferunt Codd. Οὐκ ουν φησιν· *Scaliger* illinc effingebat, Οὐκ εἰς Κηφισσόν; *Bentlejus*, Οὐκ εἶ ἐς τὸν ἔφηβον; in hanc lectionem abusus Philostrato de V. A. I, c. VIII. Ex mentione *Theotimi* a *Q. Catulo* facta, sensit *Scaliger*, nomen proprium hic omnino requiri: sed Κηφισσὸς, virile nomen, ubi tandem legerat *Scaliger*? *Ovidium* ille testem huius rei non laudasset ex II Metam. 351. ubi Narcissus *Cephisius* dicitur, eiusque V. 342, pater *Cephisus*, sed fluminis erat hoc nomen: nam quo tempore tot eveniebant mira, quae nobis admirandum illud, barbaris etiam seculis indelebile, *Ovidii* peperere Poëma Metamorphoseôn, ad quod ne Graeca quidem *Nicandri*, similiumque, si superessent, (quod mihi constitit ex illorum reliquiis,) ullo modo possent aequiparari, posteris incredulis ἄπιστα, flumina quoque filiolos procreabant, certe nympham Liriopen (v. 342)

> —— *quondam flumine curvo*
> *Implicuit, clausaeque suis Cephisos in undis*
> *Vim tulit.*

a flumine dicti Κηφίσιος & Κηφίσιος, Κηφισίων & Κηφισιάδης, ex Atticis mihi satis innotuerunt oratoribus: ubi prima fit in *Andocide* de Myst. p. 10, 4, mentio *Cephisii*, nomen Ἰσοτιμίδης, a me iuvene illic restitutum, latet in literis male distractis εἰς ὅτι μηδ᾽ ἴσον. sed correctionem dudum ante praece-

pe-

perat G. *Canterus* N. L. VIII, c. x. — Vellem in literis epigr. Callimachéi tam certa ineſſent nominis veri veſtigia. Boni quidem ominis nomina fuerunt, idem paene ſignificantia, *Q. Catuli* Theotimus; *Pindari* Theoxenus; (de quo *Athen.* p. 601. D. *Suidas* in Πίνδαρος, cum quibus conferri poterit *Valerius Maximus* IX, c. XII, ex. ext. 7;) & Euxitheus *Callimachi*; Euxitheus *Ariſtotelis* familiaris memoratur a *Plutarcho* T. II. p. 803. C. atque inter Eleorum proditores a *Demoſthene* de Cor. p. 188. hinc ab *Harpocr.* Idem iam nomen reddendum puto *Callimacho*; eiusque diſtichon Epigr. XLIII ſic emendandum:

> Οὐκ εἰς Εὐξίθεον; κἀκεῖσε γὰρ ἡ λιθόλευστος
> Τέμνει, καὶ δυστέρως οἶδ' ὅτ' ἐπιστρέφεται.

ſententiam primo epigr. ſui diſticho *Q. Catulus* (apud *Gellium* N. A. XIX, c. 9,) eleganter, nec plene tamen, expreſſit:

> *Aufugit mî animus: credo, ut ſolet, ad Theotimum*
> *Devenit. ſic eſt; perfugium illud habet.*

Callimachus animum non dicit aufugiſſe ſibi totum; ſed *animae dimidium ſuae*, cum altera parte ſpiraret adhuc, aliquo abiiſſe, ſeu raptum a Cupidine, ſive a Plutone. Sed mox, ab iſta dubitatione recedens, ſuarumque ſibi rerum atque amorum conſcius Poëta: Ἦ ῥα, canit,

Ἦ

Ἦ ῥά τιν᾽ ἐς παίδων πάλιν ᾤχετο;
Οὐκ εἰς Εὐξίθεον;

An non more ſuo *abiit*, vel *rediit*, πάλιν ᾤχετο εἰς Εὐξίθεον; *ad Euxitheum? Animus, credo, ut ſolet, ad Theotimum Devenit:* quod ultimum me iudice firmat meum τείνει·

——— κἀκεῖσε γὰρ ἡ λιθόλευςος
Τείνει·

nam & illuc ſolet tendere peſſima.

Comparari commode poterit in *Theocriti* Eid. II, v. 98,

Τηνεὶ γὰρ φοιτῇ, τηνεὶ δέ οἱ ἁδὺ καθῆσθαι.

quae de Delphide, quem perdite amabat, deſpecta cum dicat Simaetha, ſimul indicavit, quid ſibi vellent illae *itiones crebrae & manſiones diutinae* in palaeſtra Timageti: vid. *Cicero* Tuſc. IV, c. 33, qui ſuam etiam opinionem de iſthac, *in Graecorum gymnaſiis, nata conſuetudine, Platoni* debet L. I. de LL. p. 636. c. Animam quo ſenſu *lapidatam* dicere potuiſſet, non ſane intelligerem; ſed *dignam quae lapidibus obruatur*, dum animae voluit male dicere, meo quidem arbitratu venuſte dixit rariſſima voce λιθόλευςον· qua ratione τὸν ἄξιον τοῦ καταλευσθῆναι, Καταλεύσιμον dixit, teſte *Suida*, *Dinarchus*; alii

alii λάσηρα dixerunt vel λιθοβόλον, τὸν ἄξιον λιθωθῆναι· *tumulo dignum* silicernium γέροντα τύμβον, *Euripides* in Med. v. 1209. vid. in *Herodoto Wesselingii* a *Valckenario* notata p. 405. — Non ad Euxitheum tantum frequenter ibat *Callimachi* τὸ ἥμισυ τῆς ψυχῆς· sed, si vel domi esset, absentem perdite amans versus illius aedes semper se convertebat: non tantum ἐκεῖσε τείνει· sed & δυσέρως semper πρὸς ἐκεῖνον ἐπιστρέφεται· *Lucianus* T. I. p. 637, ante impavidi, quum ad viam venere quae ducit in orcum, ἐπιστρέφονται εἰς τὸὐπίσω, ὥσπερ οἱ δυσέρωτες, καὶ πόῤῥωθεν ἀποβλέπειν τὰ ἐν τῷ φωτὶ βούλονται. *Philostratus* de V. A. III, c. v, ὑπέστρεψαν ἐς τὸ φροντιστήριον, ἐπιστρεφόμενοι πρὸς τὸν ἄνδρα, καὶ δηλοῦντες ὅτι ἄκοντες αὐτοῦ ἀπαλλάττονται. apud *Aelian.* V. H. XII, c. 58, Olympionica Dioxippus, cum Athenas inveheretur, muliërem videns formosissimam, captus διετέλεσεν ἀποβλέπων τὴν ἄνθρωπον, καὶ ἐπιστρεφόμενος· idcirco victorem athletam, qui tot adversarios ἐξετραχήλισε, illic risisse dicitur Diogenes, ὑπὸ παιδίσκης ἐκτραχηλιζόμενον. — Quis sit in talibus dictis Δυσέρως (cuius vocabuli pro diversa vi voculae praefixae diversus est significatus) docuerunt *D. Heinsius*, & *T. H.* in *Luciani* Timon. p. 138. Primus, fortasse, iam dixit *Thucydidae* Nicias, cum Alcibiadis huiusque amatorum inconsideratae cupidini obluctaretur, L. VI, c. XIII, ὅπερ ἂν αὐτοὶ πάθοιεν, δυσέρωτας εἶναι τῶν ἀπόντων. absentium desiderio qui modum statuere nequeunt, quique adeo suo iudicio

ποθεῦντες ἐν ἤματι γηράσκουσιν,

ut ait, qui τὸν Ἀΐτην, molliſſimo carmine, cecinit inter Theocritéa, ſunt eximie Δυσέρωτες τῶν ἀπόντων· in his toti, nulli rerum aliarum curae poſſunt invigilare. In *Xenophontis* Oecon. p. 497, 20, Ἔμοιγε δοκοῦσιν (ἔφη ὁ Ἰσχόμαχος) καὶ οἱ τῶν ἀφροδισίων Δυσέρωτες ἀδύνατοι εἶναι διδαχθῆναι ἄλλου τινὸς μᾶλλον ἐπιμελεῖσθαι ἢ τούτου. haec vocis vim omnem exprimunt: *Sappho* ſemet ipſa vere δυσέρωτα in Epiſtola pingit *Ovidii:* ſuis ipſa verbis idem hoc teſtatur Poëtria, (repertis apud *Hephaeſt*. p. 34. a me etiam in *Stobaei* Florileg. *MS*. Tit. LXI. περὶ Ἀφροδίτης πανδήμου· ubi legitur ὦ γλυκεῖα μ.)

Γλυκεῖα μᾶτερ, οὔτοι δύναμαι κρέκειν τὸν ἱστὸν,
Πόθῳ δαμεῖσα παιδὸς βραδινὰν δι' Ἀφροδίταν.

Blandae Veneris vi, atque *inſano* abſentis *pueri*, Phaonis, *amore victa*, nulli rei niſi huic uni vacare, *neque* adeo *telam poſſum* pectine *pulſare:* cum his *Victorius* & *Vrſinus* commode iam comparatunt *Horatiana* de Neobule III Od. XII,

Tibi qualum Cythereae puer ales, tibi telas,
Operoſaeque Minervae ſtudium aufert, Neobule,
Liparéi nitor Hebri.

Erat & haec δυσέρως· ſed certe *Sappho*, quae corporis cultu, cithara, filiola, amoribus etiam reliquis

quis nunc ſpretis, unicum ſuum abſentem primae lanuginis iuvenem & vigilans & in ſomniis cogitabat. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα.

In Elegiae fragm. (CVI) quod ſumſeram tractandum, ſi diſcedas a primo diſticho, nihil quanquam eſt adeo obſcuri, inſunt tamen & his quaedam digna notatu:

> Ἄπνοα πάντ' ἐσθίοντο παραχρῆμ'· ὅσα τ' ὀδόντων
> Ἔνδοθι, νειαίρην εἰς ἀχάριστον ἔδυ.

Interiecta his litera, me iudice, ſententiae nocebat. — In quem omnia congeruntur, *imum ventrem* ex iſta dixit opinione vulgi ἀχάριστον, ex qua Menenius Agrippa commotae plebi narrabat aliquando *indignatas reliquas partes* (corporis;) *ſua cura, ſuo labore ac miniſterio ventri omnia quaeri: ventrem, in medio quietum, nihil aliud, quam datis voluptatibus frui.* nihil illum minus quam *ingratum*, quae acciperet, meliora reliquis reddere partibus, docet eleganter ore *Livii* (II, c. 32) Menenius. Poëtae, qui cum vulgo loquuntur, ventrem ἀχάριστον, ἀναιδῆ, & ἀνάγχυντον dixerunt: atque eodem ſenſu *ingratam ingluviem Horatius* Serm. I, Ecl. II, 8,

> —— *avi cur atque parentis*
> *Praeclaram ingrata ſtringat malus ingluvie rem.*

nam

tiam & *ventris* dixerunt *ingluviem*; & *Servius* in *Virg* Georg. III, 431, *ingluviem* interpretatur *ventris capacitatem*: *ingratam* ex interpretibus *Horatii Cruquius* & *Bentlejus* optime ceperunt; hic quidem ad II Epist. 1, 187,

equiti quoque iam migravit ab aure voluptas
Omnis ad ingratos oculos, & gaudia vana.

ubi Callimachéa profert B. — *Expleri* nunquam posse γαστέρα ἐλομένην cum scripsisset *Homerus*, huius simile dictum *Euripidis* ex perdito dramate profert *Clemens Alex.* Strom. VI. p. 743, 6, sic scribendum:

Νικᾷ δὲ χρεία μ', ἡ κακῶς τ' ὀλεμένη
Γαστὴρ, ἀφ' ἧς δὴ πάντα γίγνεται κακά.

quam sententiam decem versibus explanat *Diphili* parasitus apud *Athen.* X. p. 422. B. C. — *Imum* vero *ventrem* Ionica voce, quam *Homerus* aliquoties, frequenter adhibuerunt *Hippocrates* & *Aretaeus Cappadox*, Νειαίρην dixit *Callimachus*: sed illi plerumque plene dixerunt Νειαίρην γαστέρα. optime, me iudice, semel Νειαίρην γαστέρα *Eustathius* exposuit in Il. E. p. 447, 10, τὸ τῆς γαστρὸς νείατον, ἤγουν ἔσχατον· *novissimam* sive *infimam ventris partem*: ex veteribus Anatomicis *Pollux* L. II, 209, τὸ μὲν κόλον, καὶ κάτω κοιλία, ἣν Νειαίρην Ὅμηρος καλεῖ.

 Ho-

Homero multo frequentius fic vocavit *Hippocrates*; cuius loca, iam ante *Foëfium*, admiranda in tali viro diligentia, *Bartholom. Euftachius* adnotavit ad *Erotiani* verba, fic fcribenda: Νειαιρα γαστὴρ] Βακχεῖος φησὶ τὸ κῶλον· ὃ τινες κάτω κοιλίαν προσαγορεύουσιν.

Ifta fcribens *Callimachus*,

> Ἄπνοα πάντ' ἐγένοντο παραχρῆμ'· &,
> Καὶ τῶν οὐδὲν ἔμεινεν ἐς αὔριον·

legerat certe in Ariftoph. Ecclef. v. 1112, 1113, ancillae dicta, Thafium vinum longe praeferentis unguento, quo caput habebat oblitum, quia hoc mox fiebat inodorum, odore autem & fenfu vini generofi multo diutius caput afficeretur:

> Ἐν τῇ κεφαλῇ γὰρ ἐμμένει πολὺν χρόνον·
> Τὰ δ' ἄλλ' ἀπανθήσαντα πάντ' ἀπέπτατο.

Vltima *Callimachëi* dicti, (in quo rectius forte fcriberetur ἀκοὰς) fic ed. Morellus,

> ὅσσα δ' ἀκουαῖς
> Εἰσεθέμην, ἔτι μοι μοῦνα πάρεστι τάδε.

optime *Grotius* expreffit: — *fed, fi qua fidelibus haufi Auribus, haec mecum non peritura manent.*

quae,

quae, me iudice, male sic reddiderat *M. A. Muretus* L. I, Carm. 59,

Servarunt solae commissa fideliter aures,
Corporis hac una est parte reperta fides.

Neque enim ad ea, quae audiunt, servanda, sed ad sonum percipiendum factae sunt aures, quaeque accipiunt:

Segnius irritant animos,
Quam quae sunt oculis subiecta fidelibus;

quinimo mox elabuntur, nisi, in animum attentum *demissa*, *corde memori* condita teneantur. *Nec* certe, ut *Horatius* dixit I. Ep. XVIII, 70, cuius verba *Muretus* nobis adnumeravit,

Nec retinent patulae commissa fideliter aures.

haec quidem, fateor, *de garrulo* dicuntur; sed ne aures quidem vacuae hominis prudentis attentique *commissa* servare possunt fideliter: canalis, per quem in animum audita demittuntur, ab ipso *Sophocle* dicitur ἡ ἀκούουσα πηγή, Oed. Tyr. v. 1385,

εἰ τῆς ἀκουούσης ἔτ' ἦν
Πηγῆς δι' ὤτων φραγμός.

In *Callimachi* versu τὰ ὦτα dicuntur ἀκοαί. Notum illud *Sapphûs:* βομβεῦσιν δ᾽ ἀκοαί μοι· *sonitu suopte Tintinant aures.* *Sopater*, in sua quadam Tragicomoedia, apud *Athen.* III. p. 86. A.

Ἀκοὰς μελῳδὸς ἦχος εἰς ἐμὰς ἔβη.

Quum vero dicebam paulo ante minus attentis auribus mox effluere audita; venit in mentem elegans Socratis in initio Menexeni iocus de oratoribus Atticis bello mortuos sic magnifice laudantibus, ut simul Athenas celebrarent & Athenienses: ὥς᾽ ἔγωγε, ait, ὦ Μενέξενε, γενναίως πάνυ διατίθεμαι ἐπαινούμενος ὑπ᾽ αὐτῶν, καὶ ἑκάστοτε ἕστηκα αἰωρούμενος καὶ κηλούμενος: ita corrigendum arbitror, αἰωρούμενος· pro vulgata voce ἀκροώμενος· (ad quam emendationem firmandam vid. *Plato* Menex. p. 248. A. *Xenophon* p. 571, 19. *Longinus* π. Υ. VII, 4. ibi *Iac. Tollius.* *Berglerus* in *Alciphr.* p. 251. *D'Orvillius* in *Charit.* p. 342. quaeque notata nuper sunt in *Theocriti* Adoniaz. p. 246. B.) —— Mihi autem dicit ridens Socrates *Platonis* (II p. 235. B.) istorum oratorum magniloquentia elato, αὕτη ἡ σεμνότης παραμένει ἡμέρας πλείω ἢ τρεῖς· οὕτως, inquit, ἔναυλος ὁ λόγος τε καὶ ὁ φθόγγος παρὰ τοῦ λέγοντος ἐνδύεται εἰς τὰ ὦτα, ὥστε μόγις τετάρτῃ ἢ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἀναμιμνήσκομαι ἐμαυτοῦ, καὶ αἰσθάνομαι οὗ γῆς εἰμι· tandem sentiebat Socrates non in Elysiis se campis, sed Athenis Atticis esse; cui per triduum & ultra ver-

bis

bis laudibusque istis magnificis aures circumsonuerant: cum his aptum *Themistii* locum confert Cl. *Ruhnkenius* in *Timaei* Lex. p. 73. Recte λόγ☉ ἔναυλ☉ ἀκοῇ exponitur ὁ ἔτι ἐντὸς ὢν τῆς ἀκοῆς ab *Eustathio* in *Hom.* Il. Φ. p. 1324, 30. proprie tamen secundum veteres Gramm. eodem teste, v. 26, Ἔναυλ☉ χείμαῤῥ☉ dicebatur ὁ διὰ στενῦ καὶ ἐπιμήκυς τόπυ ῥέων. atque ita etiam Ἔναυλ☉ φθόγγ☉ dici potest *sonus, qui* per aures velut *in animum influit.* — Utilissimam *Homeri sententiam*, secundum *Simonidem* in *Stobaei* Florileg. p. 530, 52,

Παῦροι μὲν θνητῶν, ὔασι δεξάμενοι,
Στέρνοις ἐγκατέθεντο·

hoc vero de quibusvis sapientum praeceptis semper dici potuit, quae plerorumque audientium *perfluunt aures*, ut loquitur *Quinctilian.* I. O. II, c. 5, p. 151, v. 5. eleganter Diogenes *Luciani* T. I. p. 379, εἴ πυ καὶ ἐμβάλλοι τις ἐς αὐτὺς ἢ σοφίαν, ἢ παῤῥησίαν, ἢ ἀλήθειαν, ἐξέπιπτεν εὐθὺς, καὶ διέῤῥει, τῦ πυθμέν☉ στέγειν ὐ δυναμένυ. — Hoc de plerisque dici quantumvis possit, semper tamen fuere, qui veluti tabellas cera inductas habuerint, quibus tabellis *demissa per aurem* inscriberentur, & fideliter tenerentur condita: haec quidem imago non Philosophis tantum, sed & Poëtis saepe fuit obversata. *Sophoclis* e Triptolemo versum in *Scholiis* ad *Pindari* Olymp. Od.

X, v. 1. in ora libri ſic recte *Scaliger* emendat:

Θὲς δ' ἐν φρενὸς δέλτοισι τοὺς ἐμοὺς λόγους.

Aeſchylus Prom. V. v. 788,

Ἣν ἐγγράφου σὺ μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν.

vid. eiusdem Suppl. v. 187. Choëph. v. 448. Eumen. v. 275. *Sophoclis* Philoct. v. 1319. quique de hoc genere nonnulla notavit *Ioſ. Waſſeus* in *Salluſtii* B. Iug. CXCVIII. p. 477. quo tamen meliora dederat, certe magis meditata, *Bern. Martinus* Var. Lect. IV. c. v.

Tametſi vero res proprie ſint diverſiſſimae; in Alexandrina Graecienſium Iudaeorum Dialecto nihil uſu quotidiano diſtabant formae loquendi: Ἐνωτίσασθε τὰ ῥήματά μου· Θέσθε εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν τοὺς λόγους [τούτους·] & Θέσθε εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν· quae vel ab uno *Luca* permutantur, A. A. II, 14. in Evang. IX, 44. XXI, 14. Ex Latinis veteris Interpretis, qui phraſeos vim bene reddiderat in Evang. IX, 44, *Ponite in cordibus veſtris ſermones iſtos;* a vulgata, τὰ ὦτα, velut diverſam antiquorum Codd. lectionem, τὰς καρδίας, commenti ſunt, ut ſaepe fecerunt in ſimilibus interpretamentis, *Io. ricaeus* & *Io. Millius*, quibus ſapientior in ſuis illud omiſit *Io. Iac. Wetſtenius.* Inſerviunt iſtae locutiones exprimendo verbo Hebraeo האזין, cui

cui accurate respondet a veteri *ausis*, *ausiculus*, ut iam observavit Scaliger, deductum, *auscultavit*: Graecum isti Iudaei satis commodum verbum efformarunt ad illud reddendum Ἐνωτίσασθαι· de quo vid. Cl. *Bielii* Lex. Sed ubicunque iubentur dicta vel praecepta sive ἐνωτίσασθαι, seu θέσθαι εἰς τὰ ὦτα, simul iubentur illa *in pectus demittere*, vel *memori corde condere*, ἐν φρεσὶ βάλλεσθαι, sive, ut illi loquuntur, θέσθαι εἰς τὰς καρδίας, atque adeo verbum etiam Hebraeum Hellenistae reddiderunt aliquoties *animum attendere* vel *intendere*, προσέχειν. ex gr. *Psalm*. LXXVII, 1, προσέχετε λαός μου τῷ νόμῳ μου. scribi non potuit *Iesaiae* I, 10, προσέχετε νόμον θεοῦ· sed vel προσέχετε νόμῳ, vel ἐνωτίσασθε νόμον θεοῦ. — Qui verbum hoc, praeter Iudaeos, inter veteres adhibuerit, nemo reperietur: recentiores illud e libris sacris didicerunt, ex. gr. *Zonaras* Annal. L. III. p. 113. B. οἱ Ὑρκάνιοι, ταῦτα ἐνωτισάμενοι, παρῆσαν εὐθύς. cuius illic Cyropaediam describit, *Xenophon* dedit K. Π. IV. p. 56, 10. οἱ δὲ Ὑρκάνιοι, ἀκούσαντες τῶν ἀγγέλων, — παρῆσαν. — Non facile mihi persuadebo genuinum esse quod nobis praebet *Suidas* T. II. p. 751. . . . . .

Ὠατοθήσομαι, ἀκούσομαι· Δωριεῖς.

Οὔατα Dorice dicebantur, ut habet *Hesych*. Ὤατα. ὦς est apud *Theocr*. Eid. XI, 32. atque adeo dici forte potuit ἐς ὤατα θήσομαι· pro ἀκούσομαι, *auscultabo*.

tabo. Mira finguntur ad *Hesych.* in 'Ωλάσω. θήσω. verbum forte fuerit 'Ωλαποθήσω, redditum ἀκέσομαι. — Tandem vero ne quis a me supra dictis abutatur, de multis unius hic adhuc ponam *Livii* verba ex L. XXXIV, c. 50. quam Graecis restituerat, temperatam libertatem cum egregie oratione commendasset Titus Quintius, *fremitus,* (inquit *Livius*) *approbantium dicta fuit, monentiumque aliorum alios, ut eas voces velut oraculo missas in pectora animosque demitterent:* hoc Graeci dicebant ἐνθύμιον τι ποιεῖσθαι· a *Thucyd.* VII, c. 1, cum Luna subito obscurata deficeret, non milites tantum, sed & ipse Nicias, dicuntur illud ἐνθύμιον ποιούμενοι. Sed & nunc redeundum est ad Callimachea.

X I.

Καὶ γὰρ ὁ Θρηϊκίην μὲν ἀνήνατο χανδὸν ἄμυστιν
  Ζωροποτεῖν· ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ.
Τῷ μὲν ἐγὼ τόδ' ἔλεξα, περιστείχοντος ἀλείσου
  Τὸ τρίτον. . . . . .

Ille etenim grandem quidem calicem vino mero plenum, uno haustu, Thracum more, perducere recusabat; at minuto poculo quotidiano delectabatur: Cui hoc equidem dixi, cum tertia vice grande poculum circumferretur. . . . . .

Quod

Quod Editor mecum ſtatuit ad Elegos referendum, eſt Fragm. inter *Bentlej.* CIX. Ob illud nobis ſervatum gratiam facimus *Athenaeo* reprehenſionis inconſideratae, quam egregie refutavit vir Summus; quem miror de duabus lectionibus, in v. 1, ex altero *Athenaei* loco, quo aliud etiam verbum legitur vitioſe ſcriptum, praetuliſſe, pro ἀνήνατο, ſcriptum ἀπέστυγε, legitimum quidem, & ab ipſo *Callimacho* adhibitum, ſed ab hoc, ni fallor, loco alienum. Callimachea emendate ſcripta iam dedit *Dan. Heinſius* in Lect. Theocr. p. 296. f. Cl. *Erneſti*, " Callimachus, ait, verbo ἀνήνασθαι „ hoc ſenſu uſus eſt H. in Del. v. 46. & neſcio „ quomodo magis huic lectioni faveo." — ego quidem huic lectioni, tanquam genuinae, faveo: nam Graece quidem dicitur, *qui* ex. gr. *a vino mero bibendo abhorret*, ἄκρατον ἀποστυγεῖν· ſed minus recte quis meo iudicio diceret, ἀκροποτεῖν, ſive ζωροποτεῖν ἀποστυγῶ· Eleganter vero dixit, & more veterum, de amico, quocum Athenis a Pollide exceptus fuerat convivio *Callimachus*, ἀνήνατο ζωροποτεῖν· *vinum merum bibere recuſabat*, vel *negabat bibere ſe velle:* atque illud ipſum etiam dici potuiſſet ἀνήνατο ζωροποτῶν· ut dicebatur οὐκ ἔχαιρε τοῦτο ποιῶν· ἄχθομαι τοῦτ' ἀπολωλεκώς. &c. Verbum quidem Ἀναίνεσθαι ex veteribus etiam adhibuerunt aliquoties *Aeſchylus*, *Euripides*, *Herodotus*, *Xenophon*, *Demoſthenes*, *Plato Com.* (nusquam, quod memini, Philoſophus,) *Menander;* horum etiam

imitatores Atticiſtae, *Lucianus*, *Dio Chryſoſtomus*, *Ariſtides*, aliique; eo etiam ſenſu venuſtiore, quem attigit *Harpocration*, quique ne *Callimacho* quidem eiusque combibonibus Atticis diſconvenit; ſed & iſta, qua dicebam, quaque hic ponitur, ſtructura: *Aeſchylus* Agam. v. 1661,

οὐκ ἀναίνομαι θανεῖν·

mori non recuſo. Supplic. v. 808,

Ὄρνισι δεῖπνον οὐκ ἀναίνομαι πέλειν.

Euripides Oreſte, v. 221,

οὐκ ἀναίνομαι
Ἀδέλφ' ἀδελφῇ χειρὶ θεραπεύειν μέλη.

De Romano Imperatore, ſive Hadriano, ſeu Antonino, *Ariſtides* in Panathenaico T. I. p. 319, ἡ νῦν, inquit, ἀρχὴ — οὐκ ἀναίνεται τὰς Ἀθήνας μὴ οὐκ ἐν διδασκάλων καὶ τροφέων μέρει κοσμεῖν. *Scholiaſtes* in Cod. Burm. nunc Perizoniano: Οὐκ ἀναίνεται] ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀπαρνεῖται, οὐκ αἰσχύνεται: eiusdem Sophiſtae (T. I. p. 9.) Iupiter οὐκ ἀπηνήνατο μὴ οὐ καὶ ἀνθρώπων, ὡς καὶ θεῶν, εἶναι πατήρ. Atque, ut dicebam, iidem adiungebant etiam participia pro infinit. *Aeſchylus* Agam. v. 592,

Νικώμενος λόγοισιν οὐκ ἀναίνομαι.

Schol.

Schol. Χαίρω ἐν τῷ μὴ ἀντιλογεῖν· dicere potuiſſet etiam ȣ̓ χαίρω, vel ȣ̓ τέρπομαι ἀντιλέγων. Iphigenia in Aulide *Euripidae* v. 1503,

Θανεῖν δ' ȣ̓κ ἀναίνομαι.

quae *Iac. Nic. Loenſis* Miſcell. VIII, c. 7, alio retulerat, cum his recte *Columna* contulit (p. 216.) *Enniana*, ex Iphig.

Acheruntem obibo.

Non neſcio, quo pacto adhibeantur τὸ πιεῖν, τὸ θανεῖν, & ſimilia, quidque adeo dici poſſit ad Bentlejanum ἀπέσυγε, leniori ſenſu poſitum, hic etiam retinendum: ſed quae a me ſcripta ſunt, vera arbitror: ad ἀποσυγεῖν videri poterunt quae *I. I. Wetſtenius* collegit in Epiſt. ad Rom. XII, 10. — Amicus autem Callimachi, homo ſiccus & ſobrius, qui iſto rectius abfuiſſet veri nominis συμποσίῳ,

Θρηΐκίην μὲν ἀνήνατο χανδὸν ἄμυσιν
Ζωροποτεῖν·

Qui primus ex *Athenaeo* haec ſibi ſumſit *Callimachi* tractanda, *Ianus Parrhaſius* in *Gruteri* Face Crit. I. p. 754, bene, ut arbitror, *Amyſtidem potionis genus* fuiſſe dicit, *quod uno hauſtu ſumebatur*; ſic ibi reddens Graeca:

pa-

patulo non gaudet amystidis haustu
Threïcio Bacchi, [*& pocula parca placent.*]

Pocula tamen etiam capacia, e quibus hilares convivae, Thracum more, *purum putum* bibere amabant ἀπνευστὶ, dubium nullum est quin dixerint Ἀμύστιδας· *Pollux* VI, 97, Ἄμυστις, ait, ὀ μόνον τὴν ἀθρόαν πόσιν, ἀλλὰ καὶ ἐκπώματος σχῆμα δηλοῖ. *Schol.* in *Aristoph.* Acharn. εἶδος fuisse scribit ποτηρίου φιαλώδους, in v. 1227,

Καὶ πλέος γ' ἄκρατον ἐγχέας ἄμυστιν ἐξέλαψα.

plura *Suidas* in Ἀμυστὶ πιεῖν· hoc etiam aptum: Ἄμυστις, ἡ ἀπνευστὶ πόσις. Indicem nobis contexuit *Athenaeus* L. XI, a pag. fere 460 ad 500, in quem, ad ordinem literarum digestas, coniecit plus quam centum diversas adpellationes *Poculorum*; quibus, si quis ita velit, harum literarum osor, sine magno detrimento caruissemus; nisi isthac etiam occasione permulta nobis custodivisset veterum librorum, nonnulla quoque pervenusta, fragmenta. De centum istis absunt ab Edd. nostris XXV, quem integri Operis defectum ex scripta Epitome *Casaubonus* nobis quodammodo supplevit in Animadv. L. XI, cap. IV, & cap. XIV. — In his supplementis invenientur quae huc spectant Ἄλεισον & Ἄμυστις. In hac voce (p. 783, 42,) καλοῦσιν, inquit, οὕτω καὶ τὴν ποτήριον ἀφ'

οὗ

ἂν ἐςὶ πιεῖν ἀκμαρῶς· καὶ τὸ ῥῆμα δὲ Ἐξεμύςισε φασὶ τὸ ὑφ' ἓν πνεῦμα πιεῖν.

Ne quis aliam hic formam cogitet, ῥῆμα ἐκμυςίζειν offert, ubi defcribit ifta *Euftathius* in *Hom.* Il. x. p. 1388, 43. & fimul, ad illud muniendum, *Platonis* Comici verfus; in quorum uno, non καὶ πταργ· fed habet καὶ ἐ πεπαργανωμένον. atque ita mihi Comicus ifta *Plato* fcripfiffe videtur:

Λύσας δὲ ἀργὴν σάμνον, εὐώδης ποτῶ
Ἴσην εὐθὺς κύλικα εἰς κοῖλον κύτος.
Ἔπειτ' ἄκρατον κὐ πεπαργανωμένον
Ἔπινε, κἀξεμύςιζ'.

uno hauftu vim meri, non fecundarii, plenum poculum educebat: viliffimum vinum, *loram*, πάργανον vocaffe vulgo ubi monet in tranfcurfu *Cafaubonus* p. 815, 38, *Platonem* ait Comicum οἶνον vocaffe πεπαργανωμένον. eadem paene dedit, quae *Cafaub.* fed & plura Theologorum Literatiffimus *Gatakerus* de N. I. Stylo c. iv. fed negationem verfui interfertam poftulant adiecta εὐώδες ποτὸν, & ἄκρατον. —— Ad Callimachea propius accedent haec in Epitome L. XI. *Athenaei*, p. 781, 47. Ἐλαθέειον δὲ φησὶ καὶ ἐμμελὲς ἐν οἴνῳ διάγειν μὴ κωθωνιζόμενον, μηδὲ Θρακίῳ νόμῳ ἀμύςιν οἰνοποτεῖν, ἀλλὰ τῷ πόματι φάρμακον ὑγιείας ἐγκιρνάναι τὸν λόγον. iftius erat opinionis amicus *Callimachi*, nam Thracum obfequi nolebat mori,

ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ.

Hac

Hac etiam in re non dissentiebant a Thracibus Scythae: apud *Athen.* X. p. 427. A. *Anacreon* τὴν ἀκρατοποσίαν Σκυθικὴν πόσιν καλεῖ· ubi hanc in rem plura sequuntur: Scythae nobis exemplum praebet, cui plura debemus eorumdem admiranda atque eximia, *Lucianus* in Toxari II. p. 552, πλάττει δ' Ἀρσακόμης, αἰτήσας τὴν φιάλην, οὐκ ἔσπεισεν —— πιὼν δὲ ἀμυστὶ, δός μοι, ὦ βασιλεῦ, ἔφη, τὴν θυγατέρα σου γυναῖκα ἔχειν. Iunguntur a *Polluce* VI, 25, Ἀμυστὶ πίνειν· Ἀμυστίζειν· Χανδὸν πίνειν· Θρακίῳ τρόπῳ· Σκυθικῇ τρόπῳ· ex optimo Cod. praefert ibi *Iungerm.* Ἄμυστιν πίνειν· Χανδὸν πίνειν quod Hesych. interpretatur κεχηνότως καὶ ἀθρόως πιεῖν ὅλῳ τῷ στόματι. Secundum *Homerum* in Od. Φ. v. 294 *vinum*

Βλάπτει ὅς ἄν μιν χανδὸν ἕλῃ, μηδ' αἴσιμα πίνῃ.

de se, adhuc sub asini pelle latente, *Apulejus* Metam. X. p. 222, 24, *grandissimum*, inquit, *calicem*, (*cantharum* ante dixerat) *uno haustu* (ἀμυστὶ) *perduxi*: pro *perhausi* sic utique legendum vel ex hoc ipso libro liquet, ubi recte scriptum p. 213, 1, *repertum vini poculum* —— *continuo perduxit haustu*: ἕλκειν, σπᾶν *ducere* cum compositis hoc sensu sunt notissima; —— ut &, quid fuerit, sive Samiolum & fictile, sive ligneum, vile certe —— Κισσύβιον, quo Noster ille *minuto* contentus erat,

ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ.

Haec

Haec *Callimachi*, vitiose scripta (ὀλίγῳ δὲ εἴπετῳ n.) sub nomine *Hesiodi* prostant in *Scholiis* ad *Theocriti* βαθὺ κισσύβιον Eid. I, 27. hinc in Ed. *Heinsianam Hesiodi*, anni MDCIII, recepta sunt inter illius e perditis carm. Fragmenta p. 319. In Theocriteis occupatus *D. Heinsius* errorem agnovit & correxit Lect. Theocr. p. 296. — De *numero* proprie ponendum, Ὀλίγον, pro μικρὸν, hic illic, raro tamen, post *Homerum*, alii dixere Poëtae, frequenter vero, duo maximi novatores, *Nicander* & *Callimachus*; — cum cuius ὀλίγῳ — κισσυβίῳ comparari quodammodo poterit, *poculum pauxillulum Plauti*, Sticho I, Sc. III, v. 115,

Nae iste aedepol vinum, poculo pauxillulo,
Saepe exantlavit, submerum scitissime.

sed ridens ista dixerit ancilla Comica de servulo, qui ne Θρηΐκην quidem ἄμυστιν bibere recusabat; *minuta* certe *pocula* convivis Atticis commendabat Socrates in *Xenophontis* Symp. p. 512, 35, ἢν, inquit, ἡμῖν οἱ παῖδες μικραῖς κύλιξι πυκνὰ ἐπιψεκάζωσιν (ἵνα καὶ ἐγὼ ἐν Γοργιείοις ῥήμασιν εἴπω) ὕτως, ὐ βιαζόμενοι ὑπὸ τῦ οἴνυ μεθύειν, ἀλλ' ἀναπειθόμενοι πρὸς τὸ παιγνιωδέστερον ἀφιξόμεθα. haec verba spectabat *Ciceronis* Cato Maior de Senect. in his c. XIV. p. 422, *me — delectant — & pocula, sicut in Symposio Xenophontis, minuta atque rorantia.* Librum Saturnaliorum VII sic orditur *Macrobius*: *Primis*

men-

mensis post epulas iam remotis, & discursum variantibus poculis minutioribus. cum his comparat *Pontanus Varronis* ista, *dum sermone coenulam variamus:* sed *Macrobii* convivae tacebant: Quae enim posui haec continua sequuntur: *Praetextatus, solet, inquit, cibus cum sumitur tacitos efficere, potus loquaces; at nos & inter pocula silemus. discursum* correctoris est scioli; *discursim variantibus*, est in Edd. primis: non dubitanter corrigo, *discursim rorantibus poculis minutioribus*; quod habet a *Cicerone*, atque ita placuit *Macrobio*, ut & alio transtulerit (ut *Xenophontis* ἐπιψεκάζειν *Lucianus* T. I. p. 686, 58.) VII Saturn. initio cap. IX. *Euangelus —— exercebo, inquit, Disarium nostrum, si tamen minutis illis suis & rorantibus responsionibus satisfaciet consulenti.* hic *Pontanus* meminit *poculorum Ciceronis rorantium.* illuc etiam spectat *Macrobius*, II Saturn. c. VIII. p. 349, *an Platonem aestimas haurienda passim vina suasisse, & non magis inter minuta pocula iucundiorem liberalioremque invitationem. —— non improbasse;* isto capite dicta pleraque debet *Gellio* N. A. XV, c. 2, ubi notat Cretensem quendam suae aetatis, qui Platonicum Athenis mentiebatur, *crebris*que *& ingentibus poculis omne ingenium ingurgitabat.* In *Macrobii* L. II Sat. ipso initio, *convivalis laetitia minusculis poculis oriebatur.* —— His opponitur *grande poculum Callimachi:*

Τῷ

Τῷ μὲν ἐγὼ τόδ' ἔλεξα, περιστείχοντος ἀλείσου
Τὸ τρίτον.

Homero saepe memoratum Ἄλεισον, secundum *Pollucem* VI, 97, aliosque μέγα ἦν ἔκπωμα· *Eustathius* in Il. Λ. p. 836, 10, ἐξ οὗ ἐστι πιεῖν ἅλις, καὶ ὡς οἷον εἰπεῖν ἀμυστὶ, κατὰ τὸ Δέπας, ὃ Ἀμυστὶς λέγεται. plura dabit *Athenaei* Epitome, in *Casauboni* Anim. p. 783, ex qua discimus in Heracléa sua *Pisandrum* Herculem fecisse poculum sic dictum dono dantem Telamoni,

Moenia qui forti Trojana sub Hercule cepit.

Tale ἄλεισον in his *Callimachi* conviviis περιέστειχε. *circumibat.*

περιστείχοντος ἀλείσου
Τὸ τρίτον.

Hanc etiam sermonis elegantiam iuvat & huius similia quaedam hic, dum vacat, pertractasse. *Circumire* dicitur quod *circumferebatur* a servulo meracius poculum: *Plautus* Persa V, Sc. II, v. 40,

Age, circumfer mulsum; bibere da usque plenis cantharis.

περίφερε vel περισόβει τὴν τοῦ ἀκράτου κύλικα. Vt autem alia, in mensam *illata*, vel circa convivas *circumlata*

lata τὰ περιφερόμενα dicebantur ad aliquem *venire*, ἐλθεῖν· ἥκειν· φοιτᾶν· ut ipse nativa sua simplicitate, de Sicyonii Clisthenis convivio loquens, *Herodotus* scripsit VI, c. 129, εἰσελθούσης τῆς τραπέζης. sic vel inprimis ita loquuntur, quando de iis fit sermo, qui in coena vel convivio se plus paulo invitarent, atque adeo περὶ τὸ κωθωνιζομένων, vel, ut *Plutarchus* dicit (I. p. 243. c. p. 391. E.) περὶ κώθωνα διατριβόντων, sive τὴν Μαχάλην αἰρόντων (*Zenob.* Cent. V, Pr. 7.) — *Chares* historicus apud *Athen.* X. p. 434. D. ἐν τῷ συμποσίῳ τοῦ Ἀλεξάνδρου, τῆς τοῦ ἀκράτου κύλικος εἰς αὐτὸν ἐλθούσης, ὡς διωθεῖτο. *Euripides* in Cressis apud eumdem XI. p. 504. B.

Τὰ δ' ἄλλα χαῖρε, κύλικος ἑρπούσης κύκλῳ.

Ex Epitome quos dedit *Casaubonus* p. 781. f. versus *Antiphanis* hic melius scriptos adponam:

Ἄλλοι δὲ καὶ δὴ Βακχίου παλαιγενοῦς,
Ἀφρῷ σκιασθὲν, χρυσοκόλλητον δέπας
Μεστὸν, κύκλῳ χορεῦον, ἕλκουσιν γνάθοις
Ὁλκοῖς ἀπαύστοις παντελῶς ἐστραμμένοι,
Τἄνω κάτω δεικνύντες.

in quarto versu vulgatur ἐστραμμένοις: in secundo: Ἀφρῷ σκιᾷ, καὶ χρ. δ. *vetus vinum* βάκχιον γέροντα dixerat *Euripides* in Oeneo; *valido spumantia pocula baccho* sunt *Valerii Flacci* I, v. 260. *purpu-*

reo spument mihi dolia musto, *Propert.* III Eleg. XVI, 17. — In versibus *Antiphanis* sic scriptis nihil est impediti, τὸ μέγα περιφερόμενον ἔκπωμα vocantis κύκλῳ χορεῦον δέπας. Hoc ubi dicitur ab *Alciphrone* I Epist. XXII. p. 86. κύλικος συνεχὲς περινοστούσης, egregia notantur a *St. Berglero*: quibus adiungenda sunt observata *T. Hemsterhusii* in *Thomam Mag.* p. 103. quaeque pauca iam ante dederat *Casaubon.* in Athen. p. 728. *Thomam* forte quis miretur scribentem: Περινοστῶ δὲ, τὸ περιέρχομαι· ὁ αὐτὸς (*Lucianus* T. III. p. 428. ἤδη δὲ καὶ ἐς τοὺς ἄλλους) συνεχῶς περινοστεῖτο ἡ κύλιξ. recte enim *Schol.* Περινοστεῖτο] ἐκινεῖτο, περιεφέρετο. quod commode etiam reddi poterat περιῄλθε· nisi itaque *Thomas* scripserit Περινοστεύομαι· ad Περινοστῶ Lucianéis aptiora dare potuisset; haec ex. gr. *Menandri* (quae sunt in *Athen.* XI. p. 504. A.)

καὶ ταχὺ
Πάλιν τὸ πρῶτον περινοστεῖ ποτήριον
Αὐτοῖς ἀκράτου.

ibidem *Athenaeus*, Φιάλην, ait, ἔδωκε τῷ παιδὶ περινοστεῖν ἐν κύκλῳ κελεύσας. & L. IV. p. 130. C. ὁ Κάρανος ἄρξας ποτὲ μικροῖς ἐκπώμασι περινοστεῖν ἐκέλευε τοῖς παισί. *Amphis Com.* L. X. p. 426. B.

Ὁ παῖς περιφερέτω τοῖς ποτηρίοις συχνοῖς.

Cum vero tertia vice meracius circumferretur poculum, dixisse se quaedam scribit amico, quae, prioribus probabiliter meliora, a nobis nunc ignorantur: fortasse tum, sua ipsius in uno alterove iam poculo exhauriendo damnata facilitate, amici prudentiam collaudaverit: noverat *Callimachus*, quale scripsisset in Erasixenum, strenuum inter vinosos compotorem, epigramma, quod est inter vulgata XXXVIII,

> Τὸν βαθὺν οἰνοπότην Ἐρασίξενον ἡ δὶς ἐφεξῆς
> Ἀκρήτου προποθεῖσ' ᾤχετ' ἔχουσα κύλιξ.

In isto certamine, quo se invicem maioribus bibere poculis provocabant compotores, secundum meri poculum, fortissimum alias athletam, *Erasixenum superavit*, atque adeo abstulit

Illuc unde negant redire quemquam:

Inter coëpulones verisimiliter Erasixenus μικρῆς κύλιξι, iam ante certamen, sic proluserat, ut *in ipsa invitatione* maius poculum, secunda vice propinatum, hominem iam ante vino madidum facile potuerit prosternere. Vbi Cicero ait in *Verrem* I, c. XXVI. *sit sermo inter eos, & invitatio, ut Graeco more biberetur; hortatur hospes; poscunt maioribus poculis. Asconius* in ista, *Graeco more bib.*] *grandibus, inquiunt, poculis, & meracis potioni-*

bus,

bus, qui non intelligunt dicta Ciceronis. horum me quoque fateor iudicium sequi: verissimum tamen & illud *Asconii: Graeci — toties merum bibunt, quoties & Deos & [amicos] suos nominatim vocant:* quod multis posset exemplis ostendi, si id nunc ageretur. — Sed in Epigramm. *Callimachi*, secundi versus ut is sensus evadat, quem expressi, mutanda est una litera, legendumque

Ἀκρήτου προποθεῖσ' ᾤχετ' ἔλοῦσα κύλιξ.

Ὤιχετ' ἔχουσα positum esset pro εἶχε· cum ᾤχετ' ἐλοῦσα ponatur pro εἶλε. Iam vero doctum rogo, *Callimachi* dicto hoc an illud sit convenientius? respondebit, opinor, εἶλε, *cepit, vicit, superavit*, apud veteres, praesertim apud oratores, frequentissimum de iis, qui in iudicio adversarios superabant: Ossa quidem Ἔχειν *tenere* dicitur sepulcrum; ut *Ossa tenet tellus*, ex Codd. *Ovidio* reddendum Artis Am. II, v. 96. sed inter huius verbi diversissimos usus nullus esse mihi videtur, qui hic conveniat. — Quod autem dicebam ᾤχετ' ἐλοῦσα positum pro εἶλε vel ex *D. Heinsii* Lect. Theocr. notum est c. v. p. 308. qui vere etiam monuit, *Platonem* hac loquendi forma frequenter usum; ut ex. gr. T. I. p. 106. A. E. p. 108. B. 115. D. 129. C. 170. D. T. II. p. 242. B. &c.

Ipsum vero Callimachum amabilem fuisse convivam, testis est praecedentis Epigr. XXXVII. Au-

ctot, secundum *Bentlejum* incertus; sed & illud una litera rectius scripta mendâ liberabit.

Βασιλιάδεω φυλῆς ὄνομα φέρεις πόδα, εὖ μὲν ἀοιδὴν
Εἰδότος, εὖ δ' οἴνῳ καίρια συγγελάσαι.

Corrigendum est, — ἐν δ' οἴνῳ. —— *Callimachi, qui bene noverat carmen condere, atque in convivio iucundus esse conviva.* εὖ μὲν εἰδότος ἀοιδὴν, [εὖ δὲ εἰδότος] καίρια συγγελάσαι ἐν οἴνῳ. nemo enim facile dixerit οἴνῳ συγγελάσαι esse iungenda; multo minus, οἴνῳ poni potuisse pro ἐν οἴνῳ. sicut recte adhibentur ab ipso etiam *Callimacho* Ἴδῃ· Ἐφύρῃ· ab aliis Μαραθῶνι· Δωδῶνι· Τροίᾳ &c. —— Pro ἐν συμποσίῳ, *in compotatione*, dicebant *in vino*; Graeci ἐν οἴνῳ· ἐπ' οἴνῳ· παρ' οἴνῳ· similibusque modis: τὰς ἐν οἴνῳ καὶ παιδιᾷ φωνάς, *Plutarchus* I. p. 612. B. παρ' οἴνῳ *Sophocles* Oed. T. v. 790. *Anacreon* apud *Athen.* X. p. 427. B. ἐπ' οἴνοις, incertus Poëta apud eumdem VIII. p. 364. C. *Plato* dixit τὴν ἐν τοῖς οἴνοις διατριβὴν, L. I. de LL. p. 641. C. p. 645. C. Ab interprete *Proverbiorum*, qui Graeci sermonis elegantiae studuit, memoratur c. XII, II, ἡδὺς ἐν οἴνων διατριβαῖς. — Talis fuit *Sophocles*, quod eius aequalis *Ion Chius* testatur apud *Athen.* XIII. p. 603. F. Σοφοκλεῖ τῷ ποιητῇ ἐν Χίῳ συνήντησα, ὅτε ἔπλει ἐς Λέσβον στρατηγὸς, ἀνδρὶ παιδιώδει παρ' οἶνον καὶ δεξιῷ. *Sophoclis* hac etiam parte, ut in aliis multis, similis fuit *Callimachus*; sive alius hoc de ipso scri-

pse-

pserit, seu de se ipsemet: quod enim pace dictum sit *Bentleji*, potuit illud sibi vivus epitaphium scribere; quod *Ennium* certe fecisse novimus: fatendum tamen alterius potius videri, qui Callimachum expresserit imitando: ut enim ille scripsit,

Βαττιάδεω παρὰ σῆμα φέρεις πόδα, εὖ μὲν ἀοιδὴν
Εἰδότος·

sic *Callimachus* scripserat in epitaphio patris (Epigr. XXII,)

Ὅστις ἐμὸν παρὰ σῆμα φέρεις πόδα, Καλλιμάχου με
Ἴσθι Κυρηναίου παῖδά τε καὶ γενέτην.

seque, Batti F. *cecinisse* — κρείσσονα βασκανίης. hanc vero, quam sibi sumeret, superbiam non invidendam debere videri, quippe quae potente benignoque Musarum niteretur patrocinio:

Μοῦσαι γὰρ, ὅσους ἴδον ὄμματι παῖδας
Μὴ λοξῷ, πολιοὺς οὐκ ἀπέθεντο φίλους.

Istiusmodi versibus, quibus suaviores aut venustiores fingi nequeunt, invidis ilia paene rupta fuisse suspicor, & magis etiam, quam vehementissimo carmine, sub Ibidis nomine cantato, iis, quae in hymno Apollinis sequuntur versum hunc 105

Ὁ φθόνος Ἀπόλλωνος ἐς οὔατα λάθριος εἶπεν.

Si versus essent Cyrenaei nostri, quos nobis velut ex Elegis dat *Callimachi Ez. Spanhemius* in Fragm. p. 280. (Ed. renovatae p. 390.) minus recte scriptos,

Τὴν δὲ προπινομένην τὴν ἀπ' ἐμῦ πρόποσιν
Τὴν δὲ ἐμὴν πόησιν &c.

Haec vero ne veteris quidem pleraque Poëtae, sed *Casauboni* sunt, lacunam e coniectura sic explentis, supplementa: si essent ex Elegia *Callimachi* quae prostant apud *Athenaeum* XV. p. 669. E. his adiectis, Fragmentum Elegiae XI, quod pertractavi, (*Bentlejo* CIX,) hac ratione potuisset continuari.

Καὶ γὰρ ὁ Θρηΐκιην μὲν ἀνήνατο χανδὸν ἄμυστιν
Ζωροποτεῖν, ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ.
Τῷ μὲν ἐγὼ τόδ' ἔλεξα, περιστείχοντος ἀλείσε
Τὸ τρίτον, εὖ σὺ δέχε τήνδε προπινομένην
Τὴν ἀπ' ἐμῦ ποίησιν· ἐγὼ δ' ἐπιδέξια πέμπω
Σοὶ πρώτῳ, Χαρίτων, ἐγκεράσας χάριτας.
Καὶ σὺ, λαβὼν τόδε δῶρον, ἀοιδὰς ἀντιπρόπιθι,
Συμπόσιον κοσμῶν, καὶ τὸ σὸν εὖ θέμενος.

Et

Et profecto tam apte haererent hac in sede, mihique & sententia & numeri sic placent, ut dubitem an non exciderint quaedam apud *Athenaeum*, & hi versus *Callimachi* potius sint, cuius & eodem in loco nomen bis legitur repetitum, quam obscuri cuiusdem Oratoris & Poëtae *Dionysii*, qui χαλκῦς fuit ab Atticis cognominatus: in nostris vero Edd. *Athenaei Dionysio* tribui omnino videntur: haec vulgantur p. 669. D. E. ὁ Δημόκριτος, ἀλλ' ἵνα κἀγὼ. φησὶ, μνημονεύσω τῦ Χαλκῦ, ποιητῦ καὶ ῥήτορος, Διονυσίυ (cuius — λόγον ἀνέγραψε Καλλίμαχος ἐν τῇ τῶν ῥητορικῶν ἀναγραφῇ) λέξω τι καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν Ἐλεγείων· σὺ δὲ, ὦ Θεόδωρε (τῦτο γὰρ σὸν τὸ κύριον ὄνομα) δέχυ, τήνδε προπινομένην τὴν ἀπ' ἐμῦ ποίησιν. ἐγὼ δ' ἐπιδέξια πέμπω σοὶ π. χ. — sic ista dedit *Aldus* absque ullo indice defectus: *Casaubonus*, suspicatus primos versus mutilos esse & perverse scriptos, sic illos ex ingenio supplere tentavit in Anim. p. 948,

Τὴν δε προπινομένην τὴν ἀπ' ἐμῦ [πρόποσιν,
Τὴν δε ἐμὴν] ποίησιν ἔγωγ' ἐπιδέξια πέμπω —

quae *Spanhemius*, a se peius adhuc scripta, [Τὴν δὲ — Τὴν δὲ] nobis ut Callimachea adnumeravit; ex quibus, huius sint illa an *Dionysii*, reiici certe debent *Casauboni* verba, [πρόποσιν Τήνδε ἐμήν·] Vna tum vocula εὖ, quam σὺ facile elisit, adiecta, patebit attendenti scribendum:

[εὖ] σὺ δέχευ τήνδε προπινομένην
Τὴν ἀπ' ἐμοῦ ποίησιν· ἐγὼ δ' ἐπιδέξια πέμπω
Σοὶ πρώτῳ, Χαρίτων, ἐγκεράσας χάριτας.

Est mihi, χαρίτων, *Chariton* amici nomen, quem alloquitur Poëta. Quae hic ex veterum conviviorum more permulta possent a me dici, rectius omittentur. In Athenaïcis autem, paulo ante a me positis, *Democritus* & *Theodorus* duo sunt ex iis, quos in literatis istis conviviis loquentes, sic satis absurde, nobis tamen in tot veterum librorum clade perutiliter, tanquam homines memoriae tenacissimae, facit loquentes *Athenaeus*; *Theodorum* quidem passim cognomine Κύνουλκον appellans, quo nemo magis *Vlpiano* fuit Grammatico infensus, idcirco *Zoïlus* dictus ἀεὶ τῷ Σύρῳ, sive τῷ Συραττικῷ, ἀντικορυσσόμενος, quem, in isthoc opere mirifico, contumeliosis ubique appellationibus designat, atque insectatur. — Istorum interlocutorum in Philologicis *Athenaei* conviviis, multis utilis, confici posset Index; longe tamen utilior accuratus esset Index auctorum librorumque in isthoc opere perdocto laudatorum, nam qui prostat in Graeca *Fabricii* Bibl. ab homine imperito negligentissime congestus centenis erroribus scatet.

XII.

Εὖτ' ἀνέμων μεγάλων κῦμα διωλύγιον

. . . .

Τρίσμακας, εἰ παύρων ὄλβιός ἐςι μέτα,
Ναυτιλίης ὃς νῆϊν ἔχει βίον, ἀλλ' ἐμὸς αἰὼν
Κύμασιν αἰθυίης μᾶλλον ἐσωκίσατο.

Dant inter Bentlej. Fragm. CXI. Inventa in *Stobaei* Floril. *Gesn.* Tit. LIX. p. 376, 377, in suo sic Latina fecit *Grotius* p. 226,

Surgit [ubi] *ventis unda procelliferis,*
Felix & paucis annumerandus erit,
Cui sunt nulla maris commercia: sed mea vita,
Non secus ac mergi, clausa tenetur aquis.

In horum primo, pro Ἔνθ' ἀν. posui Εὖτ' ἀνέμων — in secundo εἰ, pro ἢ, a me scriptum, hunc versui sensum indit:

Ter beatus, si paucis esse potest contentus.

Haec autem *Callimachi* non possunt nisi ad Elegos referri, ex quibus sua ferme tantum decerpsit *Stobaeus:* ex Elegia utique sunt, haec eiusdem ar-

argumenti, quae paulo ante hoc ipſo Tit. deſcripſerat, *Philetae:*

Γαῖαν μὲν φανέουσι θεοί ποτε· νῦν δὲ πάρεστι
Λαιψηρῶν ἀνέμων μοῦνον ὁρᾷν τὸ μένος.

Cum volet oſtendet terram Deus: interea nos
Ventorum levium cernere templa iuvet.

Grotii ventorum — templa, ut mihi, ſic & aliis mira videbuntur: vulgarunt ſcil. in *Philetae* verſu *Geſnerus* & *Grotius*,

Αἰψηρῶν ἀνέμων μοῦνον ὁρᾷν τέμενος

Αἰψηρῶν ſcribatur, an ex Cod. MS. Λαιψηρῶν, parum intereſt; ſed ſane permultum, utrum ſerves abſurdum illud, ἀνέμων — τέμενος· an mecum legas ἀν. — τὸ μένος. Haec quidem correctio leniſſima dubio vocat; nam ἀνέμων μένος uſitata Poëtis eſt forma loquendi. Sed, cum in verſuum *Callimachi* primo nulla ſit ſententia, quae *Stobaei* titulo reſpondeat, valde mihi ſemper fuit veriſimile viſum, verſum fuiſſe hexametrum, hoc ſimilive modo ſequentibus praefixum;

Εὖτ' ἀνέμων μέγα πνεῦμα διωλύγιόν τε μέμηνε,
Τείσμακαρ. (εἰ παύρων ὄλβιός ἐστι μέτα·)
Ναυτιλίης ὃς γῆν ἔχει βίον·

An-

Annae Fabri venerat in mentem ἀνέμων μεγάλων πνεῦμα. vis quidem venti *fluctus* facit *tumidos*, atque adeo κύματα· sed ἀνέμων μεγάλων κῦμα iungi non potuerunt. Aptiori mutari quidem poterit, sed satis commodum hic videbitur μέμηνε. *Moschus* in *Stobaeo Grot.* p. 229.

Ἀλλ' ὅταν ἠχήσῃ πολιὸς βυθὸς, ἁ δὲ θάλασσα
Κυρτὸν ἐπαφρίζῃ, τὰ δὲ κύματα μακρὰ μεμήνῃ,
Ἐς χθόνα παπταίνω καὶ δένδρεα· τὰν δ' ἅλα φεύγω.

optime Grotius, ὅταν — τὰ κύματα μεμήνῃ· *cum furit — aequor.* Aequore iactatus Callimachus, *furentibus austris*, ter beatum praedicabat, qui domi sua sorte contentus nunquam mare esset ingressus; sed, videns meliora, saepius ex Africa traiecit in Graeciam; &, cupidine laudis atque ingeniorum Atticorum incensus, Elegiam scribere potuit, qualem suam illam scripsit admirabilem *Propertius* III, xx,

Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas; &c.
Cogar & undisonos nunc prece adire Deos.

Athenis illum fuisse, quod vel absque teste nos quidem, in huiusmodi rebus παχυπιθεῖς, facile crederemus, constat ex *Athenaei* XI. p. 477. c. Καλλίμαχος — λέγων ἐπὶ τοῦ οἰκείου ξένου τοῦ παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ Πόλλιδι (sive Πόλλιδι) συνεστιαθέντος αὐτῷ. In Afri-

Africa Cyrenis natus, in Sicilia versatus, quippe qui Syracusis uxorem duxerit, in Attica, in Ionia, qui magnam vitae partem exegit in Alexandrino Muséo, non sane mirum est, si, meliora probans, saepe tamen domi neglectos, ubi solas ille Musas venerabatur, coactus fuerit invocare Deos marinos; atque adeo de se ipse vere scribere potuit in Elegia:

> ἀλλ' ἐμὸς αἰὼν
>
> Κύμασιν αἰθυίης μᾶλλον ἐσωκίσατο.

quae cum forma loquendi proverbiali, λάρε βίον ζῆν, *omnem in fluctibus & navigando vitam degere*, iam contulerat *T. H.* in *Luciani* Timon. T. I. p. 121. f. qui verbum Εἰσοικίσασθαι, in his *Callimachi* significans *commorari*, *habitare*, pr. autem, *in domum immigrare*, egregie tractavit in Miscell. Obs. VI. p. 349. Activum Εἰσοικίζειν notat *in domum introducere*. Cum suis animantibus ceteras partes huius orbis iam ornasset Deus aedificator,

> *Sanctius his animal, mentisque capacius altae*
> *Deerat adhuc, & quod dominari in cetera posset;*
> *Natus homo est.*

Magnifice Pythagoreus *Euryphamus*, τὸ Θεῖον, ait, ἄνθρωπον, πολυτελέστατον ζῶον, ἐς τὸν κόσμον ἐσῴκισεν, ἀντίμιμον μὲν τᾶς ἰδίας φύσιος, ὀφθαλμὸν δὲ τᾶς τῶν ὄντων διακοσμάσιος, apud *Stobaeum* Tit. CI. p. 556. 5. ubi

ubi male vulgatur ἀνὔπμον· vid. *Musonius* ibid. p. 595, 24. *Aristophanes* in Thesm. v. 17. &c. *Deus hominem in hunc mundum*, ut in domum sua supellectile iam instructam, ἐσῴκισεν, *introduxit.* Formam verbi passivam iam adhibuit *Herodotus* de Aegyptiis, quibus, incolis veteribus eiectis, horum terras Rex adsignasset Aethiopiae, L. II, c. L, τέτων ἐσοικισθέντων ἐς τὲς Αἰθίοπας· *his cum loca habitanda essent inter Aethiopas adsignata*; atque adeo etiam, *his in Aethiopia habitantibus*: *Pausan.* VII. p. 556, 6, ἀφικομένοις, ἔνθα ἔτυχεν αὐτὸς ἐσῳκισμένος, ἀπεγύμνε τὸν πάντα σφίσιν ἤδη λόγον. Multo frequentius occurrit Callimachea forma Εἰσοικίσασθαι· eidem etiam reddenda *Pausaniae* X. p. 838. f. ἀφιστάντες ἐσῳκίσαντο ἐς τὰ ὑψηλὰ καὶ ὅτοι τῆς νήσε· nisi binae hic literae male fuerint repetitae, suumque & Thucydideum hic quoque dederit *Pausanias*, ἀνῳκίσαντο· quod mihi videtur probabilius. Εἰσοικίσασθαι nemo frequentius adhibuit quam *Philo Judaeus.* — Sed, ut est ubique novator Callimachus, in hoc ipso Elegiae fragmento, Ὁμηρικῶς quidem, καινῶς tamen vocem adhibuit αἰών. Dicere voluit se mari saepe iactatum; dixit vero,

ἐμὸς αἰὼν
Κύμασιν αἰθυίης μᾶλλον ἐσῳκίσατο.

Apud *Homerum* Αἰὼν etiam est ὁ τε ζῆν vel ὁ τῆς ζωῆς χρόνος. apud *Aeschylum* Septem c. Theb. v.

225,

225, ἐμὸν κατ' αἰῶνα· *Schol.* κατ' ἐμὸν χρόνον, ἤγουν ἡμῶν ζώντων· &c. more vero *Callimachi* qui scripserit neminem novi. — Maria saepe sollicitantes, vel in undis victum quaerentes piscatores, cum *mergis* etiam a *Callimacho* comparari non miror; sed *mergi* in eximio in Delum hymno memorati, v. 12, mihi iam olim displicuerunt; mergis saltem *equorum* adiecta mentio satis absurda semper fuit visa, atque idcirco minime Callimachea. Insulae sacrae laudes canere incipit v. 11,

Κείνη δ' ἠνεμόεσσα καὶ ἄτροπος, οἷά θ' ἁλιπλὴξ
Αἰθυίης καὶ μᾶλλον ἐπίδρομος, ἠέ περ ἵπποις,
Πόντῳ ἐνεστήρικται.

Primum legat quis magnificas laudes, quibus insulam Deo patriam exornavit, consideretque quam meditate singula scripserit atque artificiose; tum decernat, istorum, quos posui, versuum secundus sitne *Callimachi*, vel potius Graeculi, qui forte defectum veteris exemplaris, hoc versu concinnato,

Αἰθυίης καὶ μᾶλλον ἐπίδρομος, ἠέ περ ἵπποις

explere voluerit. *Saxum* quidem *marinum*, vel etiam *insula* dici certe potuit,

apricis statio gratissima mergis.

sed

ſed quae tandem inſula maris fuit Aegaei, vel ubicunque tandem ſita, quae *mergis marinis* non dici poſſit ſtatio fuiſſe gratiſſima? Quam frigidum illud, & paene dixerim abſurdum, de Delo dici, illam *mergis* fuiſſe

μᾶλλον ἐπίδρομον ἠέπερ ἵπποις.

An alia quaedam inſula fuit εὔιππος unquam dicta? ſed verſus eſt hoc hymno eiusque Parente indigniſſimus. Sive autem quis cenſuerit, verſum nobis periiſſe *Callimachi*, cuius prima vox fuerit cum ἁλιπλὴξ iungenda

Πέτρη·

vel, voce ἁλὶ, vel πόντῳ facile ſubaudienda, ſcripſiſſe Poëtam,

Κείνη δ' ἠνεμόεσσα καὶ ἄτροπος, οἷά γ' ἁλιπλὴξ
Πέτρη ἐνεστήρικται.

parum aut nihil arbitror intereſſe; dummodo cetera quis mecum reiecerit. Inſula, quae olim (v. 36,)

ἄφετος πελάγεσσιν ἐπέπλει,

cum in illa Deus eſſet in lucem editus, Δῆλος dicta, divinitus fundata firmas in imo fundo maris radices accepit: v. 53

ἐνὶ πόντῳ
Κύμασιν Αἰγαίοιο ποδῶν ἐνεθήκαο ῥίζας.

Quam pius Arcitenens, oras & litora circum
Errantem, Gyaro celsa Myconoque revinxit,
Immotamque coli dedit, & contemnere ventos.

Virgil. Aen. III. v. 75. Ventos, quibus altitudine sua Delos erat exposita, ἠνεμόεσσα, Apollinis praesidio tuta contemnebat ἄτροπος, ne motibus quidem, quibus insulae vicinae quaterentur, territa,

Κείνη δ' ἠνεμόεσσα καὶ ἄτροπος —
(Πόντῳ) ἐνεστήρικται·

in mari fundata facta fuit *immota*

οἷά γ' ἁλιπλὴξ
Πέτρη.

ut dura *cautes, undis lacessentibus resistens.* Πέτρα ἁλιπλὴξ, quam vocem attigit T. H. ad Thom. Mag. in Ἀκανθοπλὴξ, non utique magis a *Callimacho* sine nomine adiecto dici potuit Ἁλιπλὴξ, quam diceretur simpliciter Ἁλίβροχος, vel Ἁλίκλυστος, vel Ἁλίκτυπος. Quid vero πέτρα sit ἁλίπληκτος, vel Ἁλιπλὴξ optime verbis indicari poterit *Homeri Virgilii*que. In illius Il. O. v. 619

ἠύτε

ἠΰτε πέτρη
Ἠλίβατος, μεγάλη, πολιῆς ἁλὸς ἐγγὺς ἐοῦσα,
Ἥτε μένει λιγέων ἀνέμων λαιψηρὰ κέλευθα,
Κύματά τε τροφόεντα, τά τε προσερεύγεται αὐτήν.

Virgil. Aen. VII. v. 586

velut pelagi rupes immota resistit,
Quae sese, multis circum latrantibus undis,
Mole tenet; scopuli nequicquam & spumea circum
Saxa fremunt, laterique illisa refunditur alga.

his interiectum versum cum *N. Heinsio*, tanquam adulterinum, reiicio. eadem est imago in Aen. VI. v. 470. & X. v. 693. unius tantum adponam *Senecae* verba ex Hippol. v. 580,

Vt dura cautes undique intractabilis
Resistit undis, & lacessentes aquas
Longe remittit.

huius vero generis permulta iam collegit *Th. Gatakerus* in *Antonin.* IV, 49.

XIII.

Εἴδ᾽ ἄγε νῦν ἐλέγοισιν ἐνιψήσασθε λιπώσας
Χεῖρας, ἵν' [εὔφημοι] πουλὺ μένωσιν ἔτος.

Callimachea (quae ſunt inter *Bentlej.* Fragm. CXXI,.) quaeque huc contulit *Theocriti Hemſterhuſius*, *Ovidius*, eleganter expreſſit imitando, in cuius Faſtis Flora L. V. v. 375,

tenues ſeceſſit in auras:
Manſit odor: poſſes ſcire fuiſſe Deam.

his ſuum mox votum ſubiungit:

Floreat ut toto carmen Naſonis in aevo,
Sparge, precor, donis pectora noſtra tuis.

huius ſimillimum votum fuit *Callimachi*, Gratias advocantis, rogantisque ut eam vim ſuis indant Elegis, qua ſemper elegantioribus ingeniis placere poſſint, atque adeo diutiſſime hominum doctorum manibus terantur. Annuiſſe vati ſuo Charitas luculentus teſtis eſt *Ovidius* hoc verſu:

Battiades ſemper toto cantabitur orbe.

No-

Noſtra etiam aetate toto cantaretur orbe ab antiquitatis amatoribus, ſi per monachos licuiſſet, quibus male diceremus, niſi tot tamen excellentia nobis veterum monumenta, deſcribendo, librarii cuſtodiviſſent.

Pindarus Nemeon. IV, v. 10,

Ῥῆμα δ' ἐργμάτων χρονιώ-
τερον βιοτεύει,
Ὅ, τι σὺν Χαρίτων τύχᾳ
Γλῶσσα φρενὸς ἐξέλοι βαθείας.

Latina ſic fecit *Sudorius:*

Dicta nam vivunt animata factis
Longius, ſi, quae ſacra lingua ab alto
Pectore duxit,
Suavi & aſperſit Charitum liquore.

Scholiaſtes: ἐάν γε χωρὶς Χαρίτων γράφηται ὁ λόγος, ἀπόλωλε καὶ ἔσβεσται· ἐὰν δὲ μετὰ Χαρίτων, μένει πρὸς αἰῶνα εὔδια. καὶ Καλλίμαχος,

Ἔλλατε νῦν ἐλέγοισι δ' ἐνιψήσασθε λιπώσας
Χεῖρας ἵνα μοι πολὺ μένωσιν ἔτος.

Primum ſcripſiſſe videtur Schol. μένει πρὸς αἰῶνα. εὖ δὲ καὶ Καλλίμαχος· In huius verbis Ἔλλετε ſcripſit

 Bent-

Bentlejus, & ἵνα — μενεῦσιν, quod interpretatur, *ubi manebunt;* fassus tamen hunc se versum restituere non posse. Feliciter hoc Elegiae fragm. tractavit atque ex similibus dictis illustravit *Hemsterhusius;* varios etiam modos indicans, quibus versus secundus possit expleri: " pedem, inquit, „ adfingere licebit, si conveniens elegis epitheton „ advocaveris: Χαίρετε, ἵν' εὔφημοι, εὔοδμοι, vel potius ἀΐδιοι πουλὺ μένωσιν ἔτος· *aevis omnibus ut* „ *maneant*, cum *Ovidio* dixeris. In *Pindari* Schol. „ pro εὔδια si restituas ἀΐδια, videri poterit ab ipso „ *Callimacho* illud adiectivum sumsisse." Quod pace viri Magni dictum sit, in Scholiis ἀΐδια vicinis non congrueret, atque ex tribus, quae dedit, placere poterit in illud usque tempus εὔφημοι, quo *Callimachi* vocem Scholiorum scriptus Codex praebuerit. — *Toupius* Emend. in *Suid.* III. p. 154, 155, cum *Matthaei* ἵνα — καθίστηται haec comparans, ita *Callimachi* locum legendum confidenter decernit:

Χαίρετε ἐμοῖς, ἵνα μοι πουλὺ μενοῦσιν ἔτος.

Illud vero miror, tres istos primi ordinis Criticos in id conspirasse, ut vitiosum

Ἔλλατε

mutandum hic censuerint in Ἔλλετε· cumque usitata verbi ἵζειν vel Ἕλλειν, vis, qua ipse illud etiam

ad-

adhibuit *Callimachus*, minime conveniret, virum summum novam verbo affinxisse significandi potestatem. Hoc incommodum evitabitur correctione lenissima, qua Ἐλλάτε iam olim a me fuit mutatum in

> Εἶδ' ἄγε

Eia agite Charites; vel *Eia*, *adeste*.

> Εἶδ' ἄγε, νῦν ἐλέγοισιν ἐνιψήσασθε λιπώσας
> Χεῖρας.

Verbo iunctum plurali illud εἶα ἄγε, vel, ut scribebant etiam, εἶδ' ἄγε, sciolos potuit offendere; sed est ex more veteri, quin ipsius *Callimachi* h. Dianae v. 81,

> Κύκλωπες, ἦ μοί τι Κυδώνιον, εἶδ' ἄγε, τόξον &c.
> Τεύξατε.

citat ibi *Clarkium* Cl. *Ernesti* in *Hom*. Il. Z. v. 376,

> Εἶδ' ἄγε μοι, δμωαί, νημερτέα μυθήσασθε.

in oraculo apud *Pausan*. X. p. 840,

> 'Αλλ' ἄγε δὴ φράζεσθε. —

Aristoph. Εἰρ. v. 507,

> Ἄγ', ὦ 'νδρες —

 Thesm.

Thesm. v. 785, Ἄγε δὴ — δέλτοι Δέξασθε — similiter φέρε δὴ positum reperitur, raro autem ἄγετε & φέρετε. Illud autem εἰδ' ἄγε Grammatici veteres ab *Homero* scriptum putabant, pro εἶα δὴ ἄγε, teste *Eustathio* in Il. Α. p. 80, 43. — In Callimacheis nostris significatur, *Eia adeste* mihi, quaeso, benevolae, ut in *Senecae* Hippol. v. 412, *N. Heinsius* legit ad *Ovid.* Met. VI, 640,

Hecate triformis, eia ades coeptis favens.

marinam Venerem invocaverat Phaedrae Nutrix in *Eurip.* Hippol. v. 522,

Μόνον σύ μοι, δέσποινα ποντία Κύπρι,
Συνεργὸς εἴης.

Callimacho perplacuisse suspicor illud inprimis *Euripidis* in Hercule v. 673,

Οὐ παύσομαι τὰς Χάριτας
Μούσαις συγκαταμιγνὺς,
Ἀδίσταν συζυγίαν.

quo, praeter ceteros, spectabat *Themistius* Or. XXIV. p 303. Α. οὐκ ἔστι Χαρίτων ἔρημος ἡ Φιλοσοφίας αὐλὴ, οὐδὲ ἀποσκηνοῦσιν αἱ θεαὶ πόῤῥω που τῶν ἡμετέρων Μουσείων. — τὴν Ἀφροδίτην ἀεὶ συμπλέκειν ταῖς Μούσαις προθυμησόμεθα. Si qui autem alii inter antiquos Pictores atque

Poë-

Poëtas frequenter ſolebant ταῖς Χάρισι θύειν, in his ſuum certe nomen Apelles profitebatur, qui ingenio & gratia maxime valebat inter aequales arte pingendi nobiles: horum opera ſic ille admirabatur, ut perfectiſſimis unum tamen deeſſe diceret, quo ſua poſteris ſemper commendarentur. Ialyſo nihil perfectius elaboraverat Protogenes; viſa tabula & ſic ſtetit attonitus Apelles ὥστε καὶ φωνὴν ἐπιλιπεῖν αὐτόν· tandem tamen dixiſſe fertur: μέγας ὁ πόνος, καὶ θαυμαστὸν τὸ ἔργον· οὐ μὴν ἔχειν γε χάριτας, δι᾽ ἃς οὐρανοῦ ψαύειν τὰ ὑφ᾽ αὐτοῦ γραφόμενα, quae ſcribit *Plutarchus* in Demetrio p. 898. F.

XIV.

Ἔλλετε βασκανίης ὀλοὸν γένος.

Ite in malam rem invidi, perniciosum genus.

XV.

40 Μηδ᾽ ἀπ᾽ ἐμεῦ διφᾶτε μέγα ψοφέουσαν ἀοιδήν.

Neque in meis carminibus quaerite alte ſonantia.

Haec duo fragmina (inter Bentlej. CCXCII. & CLXV.) unius eſſe potuerunt eiusdemque Elegiae,

giae; quae distichon praebuit paulo ante tractatum; quod si verum est, non illic certé nova quadam vi posuisset, ut positum putabant viri Docti, verbum Ἔλλετε. Sed illud ipsum Ἔλλετε, tanquam Callimachêum, unius nititur auctoritate *Eustathii* in Il. I. p. 658, 34, ὡς τὸ πληθυντικὸν τοῦ Ἔῤῥε προστακτικοῦ τὸ ἔῤῥετε διὰ δύο λ' γλῶσσά τις φησὶ, Καλλίμαχος δηλοῖ ἐν τῷ Ἔλλετε β. ὀ. γ. Nihil huius simile reperietur apud alios, aut in istis in *Homerum* commentariis; nisi huc referre velis ista in Od. E. p. 219, 15, τὸ Τέρετρον, ὃ δέλετρον καὶ πέλετρον Ἀσιανή τις γλῶσσα φησὶ παραφθείρουσα· vel quae habet in Od. Ξ. p. 550, 36 &c. ridentis *Aristophanis* in Vesp. v. 45. quae praebet etiam *Plutarch.* in Alcib. p. 192. B. vid. *T. H.* in *Lucian.* I. p. 86. Necdum rationem possum comminisci, cur novator *Callimachus*, toties ab aliis usurpatum, a se ipso etiam adhibitum, Ἔῤῥειν, aut saltem ἔῤῥετε mutatum voluerit in Ἔλλετε· hoc praesertim in versu, quo iussit invidos illuc ire, quo Momum ablegavit ultimo versu hymni in Apoll.

ὁ δὲ Μῶμος, ἵν' ὁ Φθόνος, ἔνθα νέοιτο.

Ἔῤῥειν, praesertim Ἔῤῥε, frequentatur a Tragicis, apud Comicos rarius occurrit: Ἐῤῥόμεθα nititur voce vitiata in *Eurip.* Alc. v. 735. ubi scribi poterit Ἔῤῥοις ex Cod. scripto. — Inter invidos praecipuum habuit, quod mirandum est, discipulum

Apol-

Apolloniam; quem inimicum ſuum, Alexandriae vel in alia urbe Aegypti natum, Aegyptiacae avis, Ibidis, nomine diris devovit. Quum ne unicum quidem verſum invenerit *Bentlejus*, qui carminis iſtius obſcuri fuerit particula, nihil vetat hic fragmenta quaedam indicaſſe, quae videri queant in Ibide *Callimachi* lecta. *Salvagnius* in *Ovid.* Ibin v. 57. de hoc agens *Callimachi* libello; " eum, " inquit, mea ſententia Naſo magna ex parte La- " tinis verſibus expreſſit, quemadmodum Catullus " poëmation de Coma Berenices." *Catullum* quidem novimus Graeca quaedam poëmatia verſum de verſu Latinis numeris reddidiſſe; *Ovidium* vero, eodem genere carminis uſum Elegiaco,

quo Battiades inimicum devovet Ibin,

Illius ambages in Ibide imitatum; ſed, ut erat Latinorum Poëtarum eruditiſſimus, hiſtorica multa memoraſſe ſuſpicor, quae non inveniſſet in Callimacheis, atque in his ipſis imitandis ſuo ſemper uſum iudicio. — Eſt inter *Bentlej.* Fragm. cccxv,

Τὸν σὲ Κροτωπιάδην —

ex *Apollonii* Gramm. *Scholiis*que in *Dionyſ. Thracem* ſic forte ſupplendum,

Τὸν σὲ, Κροτωπιάδη· ναὶ μὰ τὸν αὐτὸν ἐμέ.

Ibi-

Ibidis esse fragmentum, hariolari licet ob ista *Ovidii* in Ibide v. 482,

> *Praedaque sis illis* &c. (canibus nempe)
> *Quique verecundae speculantem labra Dianae,*
> *Quique Crotopiaden diripuere Linon.*

Inimico conveniunt, atque in Ibide legi potuerunt *Bentlej.* Fragm. CCXXII, & CLXXIV.

> Ὃς δ' ἑτέρῳ κακὰ τεύχει, ἑῷ κακὸν ἥπατι τεύχει.
> Ἠλεὰ μὲν ῥέξας, ἐχθρὰ δὲ πεισόμενος.

Fragm. CC.

> Καὶ μόνος αἰζηῶν ἔγρεκε κηδεμόνας.

Diversissimum his sensum indidit *Toupii* correctio Emend. in *Suid.* III. p. 210. mihi placet *Bentlejana*, si figurate haec accipiantur. Eleganter de Cupidine scribit *Ovidius* Epist. ex P. III. Ep. III, v. 46,

> *Discipulo perii solus ab ipse meo.*

Fragm. CCIV.

> Ῥάμφει καυθώδει πέργος ἔκοψε νέκυν·

ex Ibide petitum videtur *Ovidii* ob ista v. 171,

> *Vnguibus & rostro tardus trahet ilia vultur,*
> *Et scindent avidae perfida corda canes.*

non,

non, opinor, *trahet*, ſed *diſtrahet* ilia vultur; quod cum in ea re proprium ſit, Poëtam arbitror dediſſe:

Vnguibus & roſtro tua diſtrahet ilia vultur.

tarditas *avido* non convenit: *Seneca* Herc. in Oeta v. 947, *Effodiat avidus hinc & hinc vultur fibras.* Sunt in brevioribus verſuum fragmentis nonnulla, quae videri poſſunt ex eodem tenebricoſo carmine Elegiaco petita.

X V.

Μηδ᾽ ἀπ᾽ ἐμεῦ διφᾶτε μέγα ψοφέουσαν ἀοιδήν.

Hunc quidem ex Elegis eſſe verſum mecum ſtatuunt Cl. Erneſti & Cl. Ruhnken. — in quo ἀπ᾽ ἐμεῦ eſt apud Etymologum p. 279, 47. — *Propert.* II. El. 1. v. 39.

Sed neque Phlegraeos Iovis Enceladique tumultus
Intonet anguſto pectore Callimachus;
Nec mea conveniunt duro praecordia verſu —

Inanium verborum ſtrepitus dicitur ψόφος καὶ κόμπος κενῶν ὀνομάτων. — ab *Arriano* in *Epict.* II, c. VI,

Z

τὸν ψόφον τῶν ῥημάτων dixerat *Aristoph.* Ran. v. *inanem sonitum verborum*, *Livius.* *Dionysius Halicarn.* T. II, p. 205, 29, ψόφοι ταῦτ᾽ ἐστὶ καὶ διθύραμβοι, κόμπον ὀνομάτων πολὺν, νοῦν δὲ ὀλίγον ἔχοντες. cuius locus, T. II. p. 272, 39, valde vitiatus forte poterit redintegrari, si sic scribatur: Τάχ᾽ οὐχ ὑπ᾽ ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς σαυτοῦ λόγοις (nobile dictum *Aeschyli* παρῳδεῖ) Ἁλισκοίμεθα ἄν, δαιμονιώτατε Πλάτων, ὡς διθυράμβων ψόφους καὶ λήρους ἠγαπηκότος. Audaces dithyrambos & verba magnifica negat in suis carminibus esse quaerenda *Callimachus.*

XVI.

Δέσποιναι Λιβύης Ἡρωΐδες, αἳ Νασαμώνων
Αὔλια, καὶ δολιχὰς θῖνας ἐπιβλέπετε,
Μητέρα μοι ζώουσαν ὀφέλλετε.

Africes dominae, Heroïnae, quae Nasamonum
Armenta & longa litora cura vestra dignamini,
Matrem (vobis nempe creditam,) *mihi vivam debetis.*

Isti etiam fragm. Bentlej. CXXVI. locus esse potuit ut in Epigr. sic & in Elegia. — In his verbi ἐπιβλέπειν vim *Scaliger* indicaverat; ultima, ante *Hemsterhusium*, *Anna Fabri*, p. 234, iam reddide-

derat: *vous me devez rendre ma mere*, verbis etiam Horatianis eam in rem prolatis. Vitam egisse Nasamonas partim pastoralem liquet ex *Herodoti* IV, c. 172, τὸ θέρος, καταλείποντες ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ τὰ πρόβατα, ἀναβαίνουσιν ἐς Αὔγιλα χῶρον ὀπωριεῦντες τοὺς φοίνικας. hoc loco similique nititur *Wesselingii* coniectura, in Callimacheis legentis Αὔγιλα· verum est, quod *Scaliger* edidit, Αὔλια: sed habet *Wesselingius* in Diss. *Herod.* p. 12. *Nicaeneti* epigramma, quod, a *Toupio* correctum, *Brunckius* exhibet Analect. I. p. 416. illic

Ἡρῶσσαι Λιβύων δεσποτίδες dicuntur
Αἰγίδι καὶ στρεπτοῖς ζωσάμεναι θυσάνοις.

ipsa forma rarior Ἡρῶσσαι monstrat imitatorem *Apollonii Rhodii*; a quo ter celebrantur

Ἡρῶσσαι Λιβύης τιμήοροι, ἠδὲ θύγατρες·

L. IV, v. 1323, 1358, 1309. quae Divae Iasoni adparuerint v. 1348,

Στέρφεσιν αἰγείοις ἐζωσμέναι ἐξ ὑπάτοιο
Αὐχένος.

Harum una de se & duabus (v. 1347) testabatur sororibus v. 1322,

Οἰοπόλοι δ' εἰμὲν, χθόνιαι θεαὶ, αὐδήεσσαι·

ul-

ultimae voci fragmentum poëmatii Callimachéi debemus a Scholiaste prolatum. — In his Οἰοπόλοι sunt *pecoris curam gerentes*, αἱ Νασαμώνων αὔλια (*stabula*) ἐπιβλέπουσι *Callimacho*. — *Pellibus erant* hae Nymphae, ut Libyssae, *caprinis super indutae*: *Herodot.* IV, c. 189, αἰγέας περιβάλλονται ψιλὰς περὶ τὴν ἐσθῆτα θυσανωτὰς αἱ Λίβυσσαι: *Nicaeneto* Στρέφεσιν αἰγείοις ἐζωσμέναι· cum Στρῖφος etiam scribatur Στρέφος, ista potuerant ad *Hesychium* in Στρέφωσις comparari. — *Callimachi* tandem

Δέσποιναι Λιβύης Ἡρωΐδες·

sunt illorum Ἡρῶσσαι Λιβύων δεσποτίδες· & Ἡρῶσσαι Λιβύης τιμήοροι. Heroïdes & Heroïnae, Ἡρῷναι Atticis, forma ab Ἥρωϊς ducta, dicuntur in his Ἡρῶσσαι· est autem Ἡραΐσσα· ut βασίλισσα· φυλάκισσα· βαλάνισσα.

XVII.

—— ἔχοιμί τι παιδὸς ἐφολκόν.

XVIII.

Ἄρνες τοι, φίλε κοῦρε, ὁμήλικες· ἄρνες ἑταῖροι
Ἔσκον· ἀνήριθμοι δ' αὔλια καὶ βοτάναι.

Innumeri teneris pariles aetatibus agni,
Graminaque & caulae sunt tibi, care puer.

Sic in Elegia lectos versus *Grotius* interpretatur in *Stob.* Floril. p. 332. in Ed. *Gesn.* p. 453. —

Haec

Haec ſunt inter Fragm. *Bentlej.* CXXVII. illa faciunt Fragm. CCXCI, ab *Euſtathio* prolata in Od. Ξ. p. 546, 22, ut oſtenderet Ἐφολκὸν ſignificare τὸ ἐπαγωγόν. *habeam aliquid quo puerum poſſim allicere.* Ἐφολκὰ — λέγειν in hunc ſenſum dixiſſe *Thucydidem*, *Perizonius* recte monuit in *Aeliani* V. H. VIII. c. XII. p. 555. nonnulla notavit *Abreſchius* Anim. in *Aeſch.* L. III. p. 148. Scripſiſſe videtur *Euſebius* Praep. II. p. 74. D. τὰ ἐφολκὰ πρὸς αἰσχρουργίαν μέρη τοῦ σώματος· non ὁλκὰ, quod vulgatur.

XIX.

ἀμφὶ δὲ κεβλὴν
Εἰρμένος ἀγλίθων οὖλον ἔχει στέφανον.

Eſt inter Bentlej. CXL. *Circum caput autem Cinctus crispam habet coronam ex alliorum ſpicis.* — Ruſticus is eſſe potuit minime malus, ſed quem, allium olentem, convivam certe noluiſſet *Horatius.* αἱ Ἄγλιθες non ſunt *alii capita*, ſed *allii capitis* iam ſoluti *nuclei* ſive *ſpicae*: καλοῦσι τὰς ἐν αὐτῷ ῥᾶγας Ἄγλιθας, inquit *Dioſcorides* II, c. 182. *Erotiano* Μώλυζα eſſe dicitur σκορόδου κεφαλὴ βωλοειδὴς, καὶ μὴ διαλελυμένη εἰς ἄγλιθας. *Euſtachius* interpretatur:

Allii caput glebae inſtar, neque in ſpicas diſtinctum.

T XX.

X X.

τὸ δὲ σκύλον ἀνδρὶ καλύπτρη
Γιγνόμενον νιφετοῦ, καὶ βελέων ἔρυμα.

exuviae autem (leonis) *viro tegmen*
Factae adversus nivem, & adversus tela munimen.

Inter *Bentlej.* eſt Fragm. CXLII. — Si ipſum potuit *Propertius* loquentem introducere, & fortia facta quaedam ſua memorantem, *Amphitryoniaden*, L. IV. Elegia IX, potuit illa certe *Callimachus* elegiaco carmine enarrare: recte enim *Eldikius* in Suſpicionum Specim. p. 23. haec de pelle cepit leonis Nemeaei, quam detractam geſtavit Hercules. — In Scholiis iſta leguntur in Ajacem *Sophoclis* v. 26; hinc apud *Suidam*, qui ex Scholiis in *Soph.* in Lexicon ſuum permulta retulit, in v. Καταηναρισμένας· ſed apud *Suid.* non deterior proſtat lectio:

τὸ δὲ σκύλος ἀνδρὶ καλύπτρη —

quod, ut altero minus uſitatum, placere potuit *Callimacho*, ut placuiſſe videtur *Kuſtero* in *Ariſtoph.* Plutum v. 514. — More autem elegantiorum dicitur

citur a Cyrenaeo καλύπτρη νιφετοῦ· & βελέων ἔρυμα. *Ariſtoph.* Vesp. v. 613,

Τάδε κέκτημαι πρόβλημα κακῶν, σκευὴν βελέων ἀλεωρήν.

Euripides in Meleagro ſic dixit apud *Macrobium* p. 431, Πρόβλημα θηρὸς, *munimentum aprum adverſus*, πρόβλημα χειμώνων *Plato* Timaeo p. 74. B. *Xenophon* K. 'A. IV. p. 195, 18, ἣν τοῖς μὲν ὀφθαλμοῖς ἐπικούρημα τῆς χιόνος, εἴ τις μέλαν τι ἔχων πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν πορεύοιτο· τῶν δὲ ποδῶν, εἴ τις κινοῖτο, καὶ μηδέποτε ἡσυχίαν ἔχοι. ea ratione vocat in 'Απομν. IV. p. 466, 22, ignem ἐπίκουρον μὲν ψύχους, ἐπίκουρον δὲ σκότους. uſitato more ſcripſit *Dion. Chryſ.* Or. VI. p. 92. C. ἐπικουρεῖν τῷ σώματι καὶ πρὸς χειμῶνα καὶ πρὸς λιμόν.

Eſt & in his modus adhibendus.

Ex reliquis Carminum fragmentis, quaedam hic tantum adſcribam, quae ex Elegiacis videri posſunt petita:

XXI. (Bentl. CXXVIII.)

Καὶ κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχειν καὶ ἄναιμον ἔδεσθαι
Κἀγὼ, Πυθαγόρας ὡς ἐκέλευε, λέγω.

XXII.

XXI. Placuit mihi lectio *H. Stephani*; ut *Menagio* in *Diogen. Laërt.* VIII, 24. aliud *Toupio* in *Suid.* III. p. 97.

XXII. (Bentl. CXXIX.)

Λάθρη δὲ παρ' Ἡφαίστοιο καμίνοις
Ἔστρεφον, αἰρέων ἔργα διδασκόμενοι.

XXIII. (Bentl. CXXX.)

ἀλλ' ἐπὶ τόξου
Αὐτὸς ὁ τοξευτὴς ἄρδιν ἔχων ἑτέραν.

XXIV. (Bentl. CXXXII.)

Ὅς τις ἀλιτροὺς
Αὐγάζειν καθαροῖς οὐ δύναται λογάσιν.

XXV. (Bentl. CXXXIII.)

Εἰ σὲ Προμηθεὺς
Ἔπλασε, καὶ πηλοῦ μὴ 'ξ ἑτέρου γέγονας.

XXVI. (Bentl. CXXXIV.)

Οὐχ ὧδ' ἐμόγησαν
Ἐλπίδες, ὥστ' ἐχθρῶν συμμαχίας καλέσαι.

XXII. In MS. Leid. legitur λαθρηδὸν, in hoc & in d'Orvill. ἔτρεφον· ſcribi itaque potuit: — λαθρηδὸν δὲ παρ' Ἡφαίστοιο καμίνοις Ἔτρεφον, αἰρέων ἔργα διδαξόμενον.

XXVII. (Bentl. CXXXV.)

Ἀλλὰ θεόντων
Ἰσανέμων οὐδεὶς εἶδεν ἁματροχιάς.

XXVIII. (Bentl. CXXXVII.)

Εἰ θεὸν οἶσθα,
Ἴσθ᾽, ὅτι καὶ ῥέξαι δαίμονι πᾶν δυνατόν.

XXIX. (Bentl. CXLVIII.)

Φοιτίζειν ἀγαθοὶ πολλάκις ἠΐθεοι.

XXX. (Bentl. CL.)

Πολλάκι καὶ κανθῶν ἤλασεν ὧρον ἄπο.

XXXI. (Bentl. CLV.)

Ἐν δὲ Πάρῳ καλαί τε καὶ αἰόλα βεῦδε᾽ ἔχουσαι.

XXVII. Vulgata Ὡς ἀνέμων, me iudice, in Ἴσ᾽ ἀνέμοις vel Ἰσανέμων erant mutanda: quorum hoc alteri praetuli.

XXIX. Φοιτίζειν in ſuo quidem Codice legiſſe arbitror Helladium; ſed aliud verbum ſcripſiſſe Callimachum: quid ſi Φροντίζειν.

XXXII. (Bentl. CLXVIII.)

Εἰνάτης ὁμόδελφον ἐν ὠδίνεσσιν ἰδοῦσα.

XXXIII. (Bentl. CLXX.)

Τοὺς αὐτῷ σκοποὺς ἐμπελάτειραν τέκεν.

XXXIV. (Bentl. CLXXVI.)

Εἰδυῖαν Φάλιον ταῦρον ἰηλεμίσαι.

XXXV. (Bentl. CLXXIX.)

Αἰεὶ τοῖς μίκκοις μίκκα διδοῦσι θεοί.

XXXVI. (Bentl. CLXXXI.)

Καί ῥα παρὰ σκαιοῖο βραχίονος ἔμπλεον ὄλπιν.

XXXVII. (Bentl. CLXXXIII.)

Ἦ ἄφαρον φαρόωσι, μέλει δέ φιν ὄμπνιον ἔργον.

XXXVIII.

XXXIII. Sic versum legendum, ante *Toupium* in Epist. Crit. p. 99, jam viderunt *Anna Fabri*, *Th. Gatakerus*, & *Io. Alberti* ad *Hesych.* in Ἐμπελάτειραι.

XXXV. Ex *Stobaeo Gesn.* p. 517, 44. *Grot.* p. 386. *Largitur parvis non nisi parva Deus:* contulit & Th. Canter. V. L. II. c. XIII.

XXXVIII. (Bentl. CLXXXVIII.)

Τέρπουσιν λιπωσθαὶ Φοῖβον οἰοσφαγίαι.

XXXIX. (Bentl. CLXXXIX.)

Τρὶς δ' ἀπομαξαμένοισι Θεοὶ διδόασιν ἄμεινον.

XL. (Bentl. CXC.)

Δείελον αἰτίζουσιν, ἄγουσι δὲ χεῖρας ἀπ' ἔργου.

XLI. (Bentl. CXCVII.)

Ἐργῖνος Κλυμένου ἔξοχος ἐν σταδίῳ.

XLII. (Bentl. CXCIX.)

Ἀρθμὸν δ' ἀμφοτέροις καὶ φιλίην ἔταμον.

XLIII. (Bentl. CCI.)

Πολλάκι δ' ἐκ λύχνου πῖον ἔλειξεν ἔαρ.

XLIV. (Bentl. CCXI.)

Θηρὸς ἀερτάζων δέρμα κατωμάδιον.

XLV.

XL. Non deterius esset, ἔχουσι δὲ χεῖρας ἀπ' ἔργου.
XLIII. Pro ἔλειξεν, ἔληξεν legit Scaliger.

XLV. (Bentl. CCXVII.)

Κυπρόθε Σιδόνιος με κατήγαγεν ἐνθάδε γαῦλος.

XLVI. (Bentl. CCXXIII.)

Τοῦ τε μεθυπλῆγος Φροίμιον Ἀντιλόχου.

XLVII. (Bentl. CCXXXV.)

Δαῖμον, τοὶ κόλποισιν ἐπιπλύουσι γυναῖκες.

XLVIII. (Bentl. CCXLII.)

Γράμματα δ' οὐχ εἵλισσεν ἀπόκρυφα ——

XLIX. (Bentl. CCLIV.)

Τῷ ἴκελον τὸ γράμμα τὸ Κώϊον. ——

L. (Bentl. CCLVI.)

Τέρπνιστοι δὲ τοκεῦσι τόθ' υἱέες. ——

LI.

XLV. Vid. *Leunclav.* in Append. *Xenoph.* p. 1056. & *Kuster.* in *Aristoph.* Av. v. 599.

XLVII. Δαῖμον, τοὶ κ. emendat *Toupius* ad Schol. *Theocr.* Eid. VI. v. 39. *Nemesin* intelligens.

LI. (Bentl. CCLXII.)

—— χαλεπὴ μῆνις ἐπιχθονίων.

LII. (Bentl. CCLXVI.)

Ἢ ὑπὲρ ἀσταλέων Χαρίτων λόφον ——

LIII. (Bentl. CCLXVII.)

—— Θιμβρῆς Κυπρίδος ἁρμονίην.

LIV. (Bentl. CCLXXIII.)

—— τί δάκρυον εὗδον ἐγείρεις;

LV. (Bentl. CCLXXIX.)

νόθοι δ' ἤνθησαν ἀοιδαί.

LVI.

LV. Ista, νόθοι δ' ἤνθησαν ἀοιδαί, funt ex Schol. ad *Arist.* Nub. v. 332. Quae fequuntur, Εἵνεκεν οὐχ ἓν ἄεισμα· ex *Ammonio* Gramm. in Οὕνεκα. Haec duo fragmina videri poffunt unum effeciffe verfum:

Εἵνεκεν οὐχ ἓν ἄεισμα, νόθοι δ' ἤνθησαν ἀοιδαί.

Quia ne unicum quidem genuinum carmen, fed adulterinae floruere cantilenae, quales fuis abeffe voluit libellis: (XV.)

Μηδ' ἀπ' ἐμεῦ διφᾶτε μέγα ψοφέουσαν ἀοιδήν.

Nam *Callimachus*, fecundum Schol. *Aristoph.* πρὸς τοὺς διθυράμβους ἀποτεινόμενος ὅλως αὐτῶν καθάπτεται.

LVI. (Bentl. CCLXXXVII.)

Εἵνεκεν οὐχ ἓν ἄεισμα.

LVII. (Bentl. CCXCIII.)

[ἀλλὰ] δραμόντος
[Τὴν ὁδὸν, ἣ] ἑτέρων ἴχνια μὴ κάθομα.

LVIII.

LVII. Sic legitur inter *Bentlej.* Fragm. CCXCIII. Ἑτέρων ἴχνια μὴ καθ᾽ ὁμά. ex his *Eustathii* in Il. Ψ. p. 1436, 36. Μενέλαος μὲν ἄλλα ἐβούλετο, τῆς λεωφόρου αὐτὸς ὤν. Ἀντιλόχου δὲ ἄλλως ὁ νοῦς ἡγήσατο, παρακλιδὸν ἐλάσαντος, καὶ, ὡς ἂν ὁ Καλλίμαχος εἴποι, δραμόντος ἑτέρων ἴχνια μὴ καθ᾽ ὁμά. Hinc adsumere licet, ut Callimacheum δραμόντος· &, ut melior insit sensus, ἣ ἑτέρων· plenus erit in his: — [ἀλλὰ] δραμόντος [Τὴν ὁδὸν] ἣ ἑτέρων ἴχνια μὴ κάθομα. *per viam currentis nullius pede tritam.* de quocunque haec noster dixerit, qui de se ipse Epigr. XXX, Ἐχθαίρω τὸ ποίημα τὸ Κυκλικὸν, οὐδὲ κελεύθῳ Χαίρω, τίς πολλοὺς ὧδε καὶ ὧδε φέρει. More loquebatur Poëtarum Principum: *Avia Pieridum peragro loca, nullius ante Trita solo; Lucretius. Omnis ad accessus Heliconis semita trita est: Integra quaeramus rorantes prata per herbas; Manilius* II, 50, 53. — In hoc *Callimachi* fragm. profert ex inedito *Olympiodori* in *Platon.* comment. Cl. *Ruhnkenius* ista: Πυθαγόρειον ἦν παράγγελμα, φεύγειν τὰς λεωφόρους, ὥσπερ τὸ, Τὰ μὴ πατέουσιν ἁμάξαι, τὰ στείβειν· καὶ, Ἑτέρων ἴχνια μὴ καθομά. Forsan ut haec, sunt & illa *Callimachi;* certe Poëtae veteris, sic corrigenda:

—— τὰ μὴ πατέουσιν ἅμαξαι,
Τὰ στείβειν.

Dionys.

LVIII. (Bentl. CCCI.)

—— ἀπ' οὔατος ἄγγελος ἔλθοι.

LIX. (in Auctar. CCCCXIX.)

Πιπράσκει δ' ὁ κακὸς πάντα πρὸς ἀργύριον.

LX. (Ibid. CCCCXX.)

Μοῦσαι νιν ἑοῖς ἔπι τυννὸν ἔθεντο
Γούνασι.

Dionyſ. Halic. T. II. p. 129, 49, *πειράσομαι λέγειν — οὐδὲ κοινὰ οὐδὲ καθημαξευμένα τοῖς πρότερον.* ſic ſaepe memorantur, *τὰ κοινὰ καὶ καθημαξευμένα* etiam a Grammaticis: nimis *obſoleta exculcataque*; & *proculcata* dixit *Gellius* N. A. p. 524. f. & p. 811. —— ſed & haec omitti potuerant.

INDEX EPIGRAMMATUM

AUT

FRAGMENTORUM CALLIMACHEORUM,

quæ, datâ operâ, in hoc Opusculo aut emendantur aut illuſtrantur.

IN-

INDEX AUCTORUM,

qui, præter Callimachum, in hoc Opusculo aut emendantur aut illustrantur.

Cal-

MAC-

IN-

INDEX

VOCUM ET VERBORUM GRÆCORUM,

quæ in hoc Opusculo exponuntur.

A.

Γ.

Δ.

E.

Eμ-

Λ.

M.

N.

Ξ.

O.

O.

Π.

P.

IN-

INDEX

RERUM ET VOCUM LATINARUM,

quæ in hoc Opusculo illustrantur.

A.

Eu-

Ita-

L.

M.

N.

O.

Or-

S.

S.

T.

V.

Ve-

